 nec pretium tanti tellus pontusque furoris
 tunc erat: exiguum dominos commisit asyllum.

iras cuncta cohors; for *gentibus*, cf. 31 *supr.* note.

84. *tu causa*] 'the cause of all these ills was this, that thou Rome wast made the common property of three masters, and that the baleful bond of tyranny was entrusted to a number, as had ne'er been done before.'

85. *nec umquam*] i.e. *regnum* had been entrusted to a single person before as in the case of Sulla, cf. 334—535 *infr.* but this had not proved so ruinous, as there was no opportunity for dissension: for *numquam* in the sense of 'never before' cf. Juv. XII 74 *numquam uisis triginta clara mamillis (scrofa)*: or *numquam in turbam missi* may mean 'never submitted to popular election,' i.e. other magistrates were no less despotic, but they were tempered by annual election; for *turba* in this connexion cf. Hor. Carm. I i 7, 8 *hunc si mobilium turba Quiritium certat tergeminis tollere honoribus*.

86. *in turbam missi*] *turba* is applied to Pompeius, Crassus, and Caesar: for this use of *turba* for a small number cf. Ov. Fast. II 716 where it is used of the two young Tarquinii, and Ov. Fast. V 108 of two Muses; also Ov. Met. I 355 *nos duo turba sumus*.

87. *male*] 'for evil'; cf. 248 *infr.* Ov. Amor. III iii 17, 18 *at non inuidia nobis Cephisia uirgo est pro male formosa iussa parente morti*.

88. *miscere*] 'combine'; cf. IX 286 (the bees) *non miscent nexibus alas sed sibi quisque uolat*.

89. *in medium*] 'for use in common';

cf. VII 365, 366 *nonne superfusus collectum cornibus hostem in medium dabimus?* Verg. G. I 127 *in medium quacerebant*. Claudian quart. Cons. Honor. 296 *in commune iubet si quid censescit tenendum*. Weise reads with some MSS. *in medio* equivalent to 'as a prize'; but the Scholiast explains by *in commune*.

leuabit] Weise cf. Ov. Met. I 12 *circumfuso pendebat in aere tellus*. cf. also Eur. Troades 884 ὦ γῆς ὄχημα κατὰ γῆς ἔχων ἔδραν.

91. *totidem*] 'as many as the day', i.e. six.

signa] sc. of the zodiac.

92. *regni sociis*] 'partners in tyranny.' Cic. de off. I § 26 quotes from Ennius *nulla sancta societas nec fides regni est*, and applies it to the case of Caesar; cf. also Tac. Ann. XIII 17 *antiquas fratrum discordias et insociabile regnum aestimantes*. Ov. A. A. III 563, 564 *effuge riualem; uincis dum sola tenebis: non bene cum sociis regna Venusque manent*. Quint. Curt. X ix § 1 *insociabile est regnum*.

93. *gentibus ullis*] cf. *supr.* 31, 83, notes.

95. *fraterno*] cf. Hor. Epod. VII 17—20 *sic est; acerba fata Romanos agunt scelusque fraternae necis, ut immeritis fluxit in terram Remi sacer nepotibus cruor*; Tibull. II v 24 *Romulus aeternae nondum firmauerat urbis moenia consorti non habitanda Remo*.

97. *commisit*] ἐπίδο συνέθηκε μάχασθαι; cf. Juv. I 162—163 *securus licet Aenacan Rutulumque ferocem committas*.

temporis angusti mansit concordia discors,
 paxque fuit non sponte ducum. nam sola futuri
 Crassus erat belli medius mora. qualiter undas 100
 qui secat et geminum gracilis mare separat Isthmos
 nec patitur conferre fretum, si terra recedat,
 Ionium Aegaco frangat mare: sic, ubi saeua
 arma ducum dirimens miserando funere Crassus
 Assyrias Latio maculavit sanguine Carras, 105
 Parthica Romanos soluerunt damna furores.
 plus illa uobis acie quam creditis actum est,
 Arsacidæ: bellum uictis ciuile dedistis.
 diuiditur ferro regnum: populique potentis
 quæ mare quæ terras quæ totum continet orbem 110
 non cepit fortuna duos. nam pignora iuncti
 sanguinis et diro ferales omine taedas

98. *temporis angusti*] There are two possible interpretations of this very difficult line: (a) taking *discors* as part of the predicate, *temporis angusti concordia mansit* (*sed mansit*) *discors*, 'the short-lived concord endured, but 'twas a jarring concord', or (b) 'the jarring concord of a short space endured', i.e. endured for a short space. The introduction of *mansit*, which would rather require *tempus in angustum* would thus seem to have altered the scheme of the line: otherwise *temporis angusti concordia* would stand for a simple descriptive genitive such as Corn. Nepos Ages. VIII § 2 *cum annorum octoginta in Aegyptum isset*; see Madvig § 287.

concordia discors] cf. Hor. Epp. I xii 19. Ov. Met. I 433. Sen. Nat. Quaest. VII 27 § 3 *tota haec mundi concordia ex discordiis constat*, taken from the words of Heraclitus *παλιντὸν ἀρμονίῃ κόσμον ὥσπερ τὸ ζῶν καὶ λήψης*.

100. *mora*] For this word used of a person cf. Verg. Aen. x 428 *pugnac nodumque moramque*; Liv. XXIII 9 *restituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum es*.

101. *Isthmos*] sc. of Corinth, called by Pindar Isth. III 38 *γέφυραν ποταῖδα*.

102. *patitur*] 'and suffers it (*mare*) not to join its waters', i.e. the Corinthian and Saronic gulfs.

103. *frangat*] *terra* is probably the subject of *frangat*; cf. Hor. Carm. II iv 10—12, *ademptus Hector tradidit fessis leuiora tolli Pergama Graiis*; it is also

possible to make *Isthmos* the subject: cf. Stat. Silu. IV iii 59, 60 *his paruus, Lecheo nihil uetante, Iouis freta miscuisset Isthmos*. For the meaning of *frangat* cf. v 605, 606 *Boreas—suumque in fluctus Cauri frangit mare*.

104. *dirimens*] equivalent to *qui dirimebat*: for a similar use of the participle cf. Catull. LXIV 8 *dina retinens in summis urbibus arces*.

106. *Parthica damna*] 'the disasters arising from the Parthians'; cf. II 402 *Delmaticis fluctibus*, equivalent to 'waves from the Dalmatian side'; v 703 *Hesperii duces*, equivalent to 'the leaders in Italy'.

soluerunt] 'let loose'; cf. Plut. Pomp. 53 *μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Κράσος ἐν Πάρθοις ἀπολωλὼς ἡγγέλλετο καὶ τοῦτο κώλυμα ὃν μέγα τοῦ συμπεσεῖν τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐκποδῶν ἐγγέγονει*.

110. *totum orbem*] cf. Sen. dial. II 2 § 2 *potentiae immensa cupiditate quam totus orbis in tres diuisus satiare non poterat*.

111. *cepit*] cf. Verg. Aen. IX 644 *nec te Troia capit*; Juv. x 148 *hic est quem non capit Africa*; Shakspeare, K. Henry IV. pt. I v 4 'When that this body did contain a spirit, A kingdom for it was too small a bound.'

pignora] Perhaps her child which died a few days before its mother; cf. Plut. Caes. XXIII.

112. *taedas*] 'marriage torches'.

abstulit ad manes Parcarum Iulia sacua
 intercepta manu. quodsi tibi fata dedissent
 maiores in luce moras, tu sola furem 115
 inde uirum poteras atque hinc retinere parentem,
 armatasque manus excusso iungere ferro,
 ūt generos mediae soceris iunxere Sabinæ.
 morte tua discussa fides bellumque mouere
 permissum ducibus. stimulos dedit aemula uirtus. 120
 tu noua ne ueteres obscurent acta triumphos,
 et uictis cedat piratica laurea Gallis,
 Magne, times: te iam series ususque laborum
 erigit impatiensque loci fortuna secundi.
 nec quemquam iam ferre potest Caesarue priorem 125
 Pompeiusue parem. quis iustius induit arma
 scire nefas: magno se iudice quisque tuetur,
 uictrix causa deis placuit sed uicta Catoni.
 nec coiere pares: alter uergentibus annis
 in senium longoque togæ tranquillior usu 130

115. *furem*] This reading has been objected to on account of the assonance with *parentem* in the following line, and altered to *furentis*, but there are other instances of similar carelessness in the poem, e.g. VII 763, 764 *nocentes—furentes*.

117. *excusso*] 'striking the sword from their grasp.'

121. *acta*] The MSS. vary between *acta*, *facta* and *fata*. Oud. cf. VIII 320 *quas magis in terras nostrum felicibus actis nomen abit?*

124. *erigit*] 'pricks on'; cf. Corn. Nep. Themist. I § 3 *quæ contumelia non fregit eum sed erexit*; Tac. Hist. V 15 *eius præli euentus utrumque ducem diuersi animi motibus ad maturandum summæ rei discrimen erexit*.

125. *nec quemquam*] cf. Florus IV ii § 14 *iam Pompeio suspectæ Caesaris opes et Caesari Pompeiana dignitas grauis: nec hic ferebat parem, nec ille superiorem. nefas: sic de principatu laborabant tanquam duos tantî imperi fortuna non caperet*.

126. *quis*] equivalent to *uter*; cf. V 602 *et dubium pendet uento cui pareat æquor* of two winds Caurus and Borcas; Pers. II 20; Juv. VIII 195, 196 *finge tamen gladios inde atque hinc pulpita poni, quid satius?* this use is very rare in the golden age of Latin poetry; but cf. Verg. Aen. XII 719 and

727.

induit] For the indicative cf. IX 563 *quaere quid est uirtus?* Pers. III 66—72. This use is also found in the ante-Augustan poets; cf. Madvig §§ 356 obs. 3.

127. *quisque*] equivalent to *uterque*.

128. *uictrix causa*] cf. II 288 *crimen erit superis et me fecisse nocentem*; Cic. pro Ligar. § 19 *causa tum dubia erat quod erat aliquid in utraque parte quod probari posset: nunc melior ea iudicanda est quam etiam di adiuuerunt*. The Stoics regarded the 'wise man' as having attained to such an exalted position that they did not shrink from comparing him with the gods themselves. cf. Sen. dial. I vi § 6 *ferre fortiter: hoc est quo deum anteceditis, ille extra patientiam malorum est, nos supra patientiam*. Epp. IX ii 15 *Iuppiter quo antecedit uirum bonum? diutius bonus est: sapiens nihilo se minoris aestimat quod uirtutes eius spatio breuiore cluduntur*.

129. *pares*] 'equally matched', cf. Hor. Sat. II vi 44 *Thrax est Gallina Syro par?*

130. *senium*] 'decay', as usually; cf. IV 812 *a quibus omne æui senium sua fama repellit*. Pompeius was at this time only fifty-eight years of age, Caesar being fifty-two.

togæ] 'civil life'; cf. VIII 813 *dice semper ab armis ciuilem repetisse togam*.

dedidicit iam pace ducem; famaeque petitor
 multa dare in uolgus; totus popularibus auris
 impelli plausuque sui gaudere theatri:
 nec reparare nouas uires, multumque priori
 credere fortunae. stat magni nominis umbra: 135
 qualis frugifero quercus sublimis in agro
 exuuias ueteres populi sacrataque gestans
 dona ducum: nec iam ualidis radicibus haerens
 pondere fixa suo est: nudosque per aera ramos
 effundens trunco non frondibus efficit umbram; 140
 et quamuis primo nutet casura sub Euro,
 tot circum siluae firmo se robore tollant,
 sola tamen colitur. sed non in Caesare tantum
 nomen erat nec fama ducis: sed nescia uirtus
 stare loco: solusque pudor non uincere bello. 145
 acer et indomitus; quo spes quoque ira uocasset
 ferre manum, et numquam temerando parcere ferro:
 successus urgere suos, instare fauori
 numinis: impellens quidquid sibi summa petenti
 obstaret, gaudensque uiam fecisse ruina. 150

132. *multa*] i. e. games and largesses.

133. *sui theatri*] Pompeius had built the first stone theatre at Rome; VII 9 foll.: Verg. G. II 508 foll.

134. *nouas*] to be taken as a predicate: 'regain his strength afresh.'

que] may be translated as 'but', cf. 633 infr. VI 756: so *οὐτε*—*τε* is used in Greek.

135. *nominis umbra*] 'the shadow of a mighty name'. Weise, cf. VIII 449 *quis nominis umbram horreat?*

137. *exuuias*] For this custom of hanging spoils on trees, cf. Verg. Aen. XI 5—7 *ingentem quercum decisis undique ramis constituit tumulo fulgentiaque induit arma Mezentii ducis exuuias*; Stat. Theb. VI 67.

138. *nec—ualidis*] See note on 72 supr. *radicibus*] cf. the metaphorical expression in Cic. ad Att. VI 6 § 4 *Pompeius, eo robore uir, eis radicibus*.

139. *pondere*] 'it stands firm by its mere weight'. cf. Ov. Met. IX 41 *manet illa suoque est pondere tuta*.

141. *et*] This reading seems to have the better authority. Oud. with some MSS. reads *at*.

143. *sola tamen colitur*] cf. Quintil.

x i § 88 *Ennium sicut sacros uetustate lucos adoremus in quibus grandia et antiqua robora iam non tantam habent speciem quantam religionem*.

tantum] 'not a mere name alone', referring to line 135 supr.

145. *stare loco*] Oud. cf. Verg. G. III 84 *stare loco nescit*.

pudor] 'and knows no shame except defeat'. For the infinitive after *pudor* cf. Sil. Ital. IV 328 *trepidaque a mente recedit uertere terga pudor*.

147. *temerando parcere ferro*] 'shrink from staining his sword'. cf. VII 729 *parcendum ferro*.

148. *urgere*] 'press', i. e. make the most of; cf. Cic. ad fam. VII 8 § 2 *quin tu urges istam occasionem et facultatem qua melior numquam reperietur*.

instare] 'follow up'; cf. Tac. Hist. V 15 *Ciuitis instare fortunae*; Agric. XVIII *non ignarus instandum famae*.

149. *impellens*] 'o'erthrowing', cf. III 440 *nodosa impellitur ilex*.

150. *ruina*] Oud. cf. II 439 *Caesar in arma furens nullas nisi sanguine fuso gaudet habere uias*.

qualiter expressum uentis per nubila fulmen
aetheris impulsu sonitu mundique fragore
emicuit rupitque diem populosque pauentis
terrui obliqua praestringens lūmina flamma:
in sua templa furit: nullaue exire uetante 155
materia, magnamque cadens magnamque reuertens
dat stragem late sparsosque recolligit ignes.

hae ducibus causae suberant: sed publica belli
semina, quae populos semper mersere potentis.
namque ut opes mundo nimias fortuna subacto 160
intulit et rebus mores cessere secundis,
praedaeque et hostiles luxum suasere rapinae:
non auro tectisque modus: mensasque priores
aspernata fames: cultus gestare decoros

151. *expressum*] For the theory that thunder and lightning are caused by the collision of clouds, cf. Sen. Nat. Quaest. I 1 § 6 *nubes conlisae mediocriter fulgurationes efficiunt, maiore impetu impulsae fulmina*: Id. II 26 foll. Compare also Lucret. VI 96 foll., Aristoph. Nub. 404 foll.

152. *impulsi*] 'smitten'; cf. Ov. Met. III 21 *mugitibus impulsi auras*.

153. *diem*] 'the light of heaven', 'the bright sky'; cf. Stat. Theb. I 200 *effusa sub omni terra atque unda die*.

pauentis] cf. Verg. G. I 330 *mortalia corda per gentes humilis strauit pavor*. Lucret. V 1218—1221 *cui non correput membra pauore fulminis horribili cum plaga torrida tellus contremat, et magnum percurrunt murmur caelum? non populi gentesque tremunt?*

154. *obliqua*] Oud. cf. Sen. dial. VI 18 § 3 *obliqua fulmina et caeli fragorem*; Sen. Thyest. 358 *quem non conculiet cadens obliqui uia fulminis?*

155. *sua templa*] 'the quarter of the sky whence it came'; cf. IX 321 (*Auster*) *in sua regna furens*. This well-known meaning of the word *templum* is explained at length by Varro de Ling. Lat. VII §§ 6, 7, who quotes from the *Hecuba* of Ennius, *O magna templum caelitem commixta stellis splendidis*.

nulla materia] i.e. nothing solid, only clouds.

156. *reuertens*] 'Great wast, as foorth it sallyes and retires,

It makes, and gathers his dispersed fires.'—May.

The lightning was supposed to return again to the sky. Weise cf. Xen. Mem. IV III 14 (*κεραυνὸς ὁράται οὐτ' ἐπιὼν οὐτ' κατασκήψας οὐτ' ἀπιὼν*). Sen. Epp. VI V 8 *quomodo fulmini etiam cum latissime percussit ac fulsit per exiguum foramen est reditus*.

157. *recolligit*] cf. Ov. Met. VII 215, 216 *nunc opus est sucis per quos renouata senectus in florem redeat primosque recolligat annos*.

158. *causae suberant*] 'were the hidden motives'; cf. Verg. Ecl. IV 31 *pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis*.

159. *semina*] cf. Cic. de offic. II § 29 *namque ut opes*]. Cf. Tac. Hist. II 38.

mersere] cf. Sen. Epp. VI III § 3 *quotiens aliquos Seiani odium deinde amor merserat*; Juv. X 57 *mergit longa atque insignis honorum pagina*. Id. XIII 8.

160. *namque ut opes*] cf. Tac. Hist. II 38.

161. *mores*] cf. Liv. pref. § 9; Hor. Carm. IV IV 35, 36 *utique defecere mores indecorant bene nata culpae*; Sall. Cat. 5 *corrupti ciuitatis mores*. Id. Hist. frag. 13 *ex quo tempore maiorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo praecipitati*.

163. *aure*] cf. Lucret. V 1274 *nunc iacet aes, aurum in summum successit honorem*. *lectis*] Hor. Carm. II xv.

164. *aspernata fames*] cf. Petron. 119 *ingeniosa gula est, Siculo scarus aequare mersus ad mensam uiuus perducitur atque Lucrinis eruta litoribus uendunt conchyliā cenas, ut renouent per damna famem*.

uix nuribus rapuere mares: fecunda uirorum 165
 paupertas fugitur; totoque accersitur orbe
 quo gens quaeque perit. tum longos iungere fines
 agrorum, et quondam duro sulcata Camilli
 uomere et antiquos Curiorum passa ligones
 longa sub ignotis extendere rura colonis. 170
 non erat is populus quem pax tranquilla iuuaret,
 quem sua libertas immotis pasceret armis.
 inde irae faciles; et quod suasisset egestas
 uile nefas; magnumque decus ferroque petendum
 plus patria potuisse sua; mensuraque iuris 175
 uis erat: hinc leges et plebiscita coactae,
 et cum consulibus turbantes iura tribuni:
 hinc rapti fascēs pretio sectorque fauoris
 ipse sui populus, letalisque ambitus urbi,
 annua uenali referens certamina Campo: 180
 hinc usura uorax audumque in tempora faenus

165. *nuribus*] 'young matrons'; cf. Ov. Met. II 366 *nuribus gestanda Latinis*; Petron. 119 *et laxi crines et tot noua nomina uestis, quaeque uirum quaerunt*.

mares] For the wearing of silk by men cf. Suet. Calig. 52 *uestitu calciatuque et cetero habitu neque patrio neque ciuili, ac ne uirili quidem ac denique humano semper usus est*; *saepe depictas gemmatasque indutus paenulas, manuleatus et armillatus in publicum processit; aliquando sericatus et cycladatus*.

fecunda uirorum] cf. Hor. Carm. I xii 37—44; III vi 36 foll.

167. *longos*] is part of the predicate: for the vast estates of the Romans cf. Liv. XXXIV 4 *ingens cupido agros continuandi*; Plin. H. N. XVIII § 35 *uerumque confitentibus latifundia perdidere Italiam iam uero et prouincias*. Petron. 48; Mart. IV lxiv 31—34; Juv. XIV 159 with Prof. Mayor's note.

170. *ignotis*] probably implies that the estates were so large that the owners did not know the cultivators; cf. Sen. dial. VII xvii § 2 *turpiter aut tam negligens es ut non noueris pauculos seruos, aut tam luxuriosus ut plures habeas quam quorum notitiae sufficiat*; Petron. 37 *ipse nescit quid habeat, adeo sapientius est...ipse Trimalchio fundos habet quia milui nolant... familia uero, papae papae, non mehercules puto decimam partem esse quae dominum suum nouerit*. Id. 48 *deorum beneficio*

non emo, sed nunc quicquid ad saluam facit in suburbano nascitur eo quod ego adhuc non noui.

172. *pasceret*] 'for whom its own freedom would suffice'; cf. Ov. Met. IX 176 *cladibus, exclamat, Saturnia, pascere nostris*.

174. *uile*] 'held light'; cf. Sall. Cat. XVI *fidem fortunas pericula uilia habere*.

176. *uis*] cf. Hes. W. and D. 189 *χεροδίκαι*.

coactae] 'carried through by force'.

177. *consulibus—tribuni*] i.e. all parties alike, the consuls being put loosely for the *optimates*, the tribunes for the *populares*.

178. *sector fauoris*] i.e. trafficking in its own favours without an agent or broker; cf. Prof. Mayor's note on Cic. Phil. II § 39 *et eius uiri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem esse falcare?* Tac. Hist. I 20.

179. *ambitus*] a general term for 'corrupt practices': Suet. Aug. 40 *multiplici poena coercito ambitu*. Festus p. 5 M defines it as *crimen adfectati honoris*.

180. *uenali*] cf. Juv. X 77, 78 *iam pridem ex quo suffragia nulli uendimus effudit curas*; Petron. 109 *nec minor in campo furor est, emptique Quirites ad praedam strepitumque lucri suffragia uertunt. uenalis populus, uenalis curia patrum: est fauor in pretio*.

181. *usura uorax*] cf. Tac. Ann. VI 16 *sane uetus urbi faenebre malum et se-*

et concussa fides et multis utile bellum.

iam gelidas Caesar cursu superauerat Alpes,
ingentesque animo motus bellumque futurum
ceperat. ut uentum est parui Rubiconis ad undas 185
ingens uisa duci Patriae trepidantis imago
clara per obscuram uoltu maestissima noctem
turrigero canos effundens uertice crines
caesarie laccra nudisque adstare lacertis,
et gemitu permixta loqui: quo tenditis ultra? 190
quo fertis mea signa, uiri? si iure uenitis,
si ciues, huc usque licet. tum perculit horror
membra ducis, riguere comae, gressusque coercens
languor in extrema tenuit uestigia ripa.
mox ait: o magnae qui moenia prospicis urbis 195
Tarpeia de rupe Tonans Phrygiique penates
gentis Iuleae et rapti secreta Quirini
et residens celsa Latialis Iuppiter Alba

ditionum discordiarumque creberrima causa.

audiumque in tempora faenus] Of this obscure expression four possible interpretations have been suggested (1) 'greedily looking to the times of payment,' i.e. the Kalends &c. cf. Hor. Sat. I iii 87; Epist. II 69—70; (2) 'ever greedier as time goes on,' referring to compound interest: but in this sense *audius* would be more natural; (3) 'money lent at usurious interest for stated periods' cf. Cic. ad Att. VI iii § 5 *renouato in singulos annos faenore*; (4) 'greedy to meet critical times' i.e. raised to a high rate on occasion of panics: for this use of the plural *tempora* cf. Cic. ad Att. VIII x *tempora exposui*, Id. ad fam. V xx § 8. It is always to be remembered that *faenus* may mean either the interest on money lent, or the money on which interest is payable, or even 'interest' in the abstract.

182. *fides*] 'credit shaken'; cf. Tac. Ann. VI 17 *minuere fidem* et infr. *sic refecta fides*.

multis utile bellum] 'war made the interest of many' cf. Petron. 119 *arma placent miseris, detritaue commoda luxu uolneribus reparantur*; *inops audacia tuta est*.

184. *motus*] 'tumults'; cf. VI 322; Hor. Carm. II i 1 *motum ex Metello*

consule ciuicum; or *motus* may refer to the feelings of the mind, cf. Verg. G. I 420—422 *pectora motus nunc alios, alios dum nubila uentus agebat, concipiunt*; Tac. Hist. I 17 *nullum turbati aut exsultantis animi motum prodidisse*.

187. cf. Verg. Aen. II 589—592 *cum mihi se non ante oculis tam clara uidentam obtulit et pura per noctem in luce refulsit alma parens, confessa deam, qualisque uideri cadicolis et quanta solet*.

188. *turrigero*] refers to the towers of the city walls.

190. *permixta*] 'words broken with sighs'.

191. *mea*] emphatic, 'standards that are mine'.

192. *huc usque*] equivalent to *hactenus*, 'ye may no further go'.

194. *languor*] 'faint-heartedness' i.e. irresolution; cf. 393 and Cic. ad Att. XIV 6 § 3 *uides languorem bonorum*.

196. *Tarpeia*] cf. Propert. IV (V) i 7 *Tarpeiusque pater nuda de rupe tonabat*.

197. *Iuleae*] cf. Verg. Aen. I 288 *Iulius a magno demissum nomen Iulo*.

rapti] cf. Liv. I 16; Hor. Carm. III iii 15; Ov. Fast. II 496 foll.

secreta] alluding to the Quirinalia on XIII Kal. Mart. Cf. Ovid l. c.

198. *Latialis*] This refers to the temple of Iuppiter Latialis on the Alban mount visited by the consuls on the occasion of

Vestalesque foci summique o numinis instar
 Roma faue coeptis; non te furialibus armis 200
 persequor; en adsum uictor terraque marique
 Caesar ubique tuus, liceat modo, nunc quoque miles.
 ille erit ille nocens qui me tibi fecerit hostem.
 inde moras soluit belli tumidumque per amnem
 signa tulit propere. sicut squalentibus aruis 205
 aestiferac Libyes uiso leo comminus hoste
 subsedit dubius totam dum colligit iram;
 mox ubi se sacuae stimulauit uerbere caudae,
 erexitque iubas, uasto et graue murmur hiatu
 infremuit, tum torta leuis si lancea Mauri 210
 haereat aut latum subeant uenabula pectus,
 per ferrum tanti securus uolneris exit.

fonte cadit modico paruisque impellitur undis
 puniceus Rubicon cum feruida canduit aestas:
 perque imas serpit ualles et Gallica certus 215
 limes ab Ausoniis disternat arua colonis.
 tum uires praebat hiemps atque auxerat undas
 tertia iam grauido pluuiialis Cynthia cornu,

the *feriae Latinae*. cf. Tac. Ann. vi 11 (17).

199. *numinis*] For the worship of the goddess Roma cf. Tac. Ann. iv 37. See also Burn, Rome and the Campagna p. 167 foll.

203. *hostem*] a public enemy, opposed to *cines* 192 supr., cf. 682 infr. note.

205. *squalentibus*] 'uncultivated'; cf. Verg. G. i 407 *squalent abductis arua colonis*.

207. *colligit*] cf. ii 93; Quintil. xi 3 § 53 *colligendus est spiritus*, and Cicero's explanation of *se colligere* Tusc. D. iv § 78.

208. *caudae*] Plin. H. N. viii § 49 refers to this habit of the lion; cf. Hom. II. xx 170—171 οὐρῇ δὲ πλευρὰς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν μαστίεται, ἐὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι. Catull. lxxiii 81 *age caede terga cauda, tua uulnera patere*; see Darwin's Expression of the Emotions, pp. 56 and 126.

209. *murmur*] For the accusative cf. Verg. Aen. iv 510 *ter centum tonat ore deos*.

210. *leuis*] 'light-armed', i.e. active.

212. *per ferrum*] 'through the opposing spears'. Oud. quotes the still more remarkable expression of Sen. dial.

2 § 6 (*barbari*) *gaudent feriri et instare ferro et tela corpore urgere et per suum uolnus exire—exire* thus is equivalent to 'force his way through the ring of hunters'. cf. Scott, Rokeby v xxxvi.

214. *puniceus*] 'dark-red', shows that Lucan derived the name Rubicon from *ruber*.

216. *limes*] The Rubicon and the Macra formed the boundary between Italy and Cisalpine Gaul till the time of Augustus, cf. 404 infr. See Strabo v 10 (227) περὶ γὰρ τούτους τοὺς τόπους ἐστὶ τὰ ὅρια τῆς Ἰταλίας τῆς πρότερον καὶ τῆς Κελτικῆς κατὰ τὸ πρὸς τῇ θαλάττῃ ταύτῃ μέρος, καί περ μετατιθέντων πολλάκις τῶν ἡγεμόνων. πρότερον μὲν γὰρ τὸν Αἰσιν ἐποιοῦντο ὄριον, πάλιν δὲ τὸν Ρουβίκωνα ποταμόν· ἐστὶ δ' ὁ μὲν Αἰσιν μεταξὺ Ἀγκῶνος καὶ Σήνας, ὁ δὲ Ρουβίκων μεταξὺ Ἀριμένου καὶ Ραονέννης, ἀμφὺ δὲ ἐκπίπτουσιν εἰς τὸν Ἀδρίαν.

218. *tertia*] Weise explains this as follows: *tertia Cynthia* est *tertia nox* ab interlunio quod plerumque pluuiam affert: hinc luna pluuiam portendens *grauida* uocatur, comparing Val. Flac. ii 56 *grauido surrexit Cynthia cornu: grauido* is equivalent to 'surcharged with rain'.

et madidis Euri resolutae flatibus Alpes.
 primus in obliquom sonipes opponitur amnem 220
 excepturus aquas: molli tum cetera rumpit
 turba uado faciles iam fracti fluminis undas.
 Caesar ut aduersam superato gurgite ripam
 attigit Hesperiae uetitis et constitit aruis:
 hic, ait, hic pacem temerataque iura relinquo; 225
 te, Fortuna, sequor. procul hinc iam foedera sunt.
 credidimus fatis. utendum est iudice bello.
 sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor
 impiger et torto Balearis uerbere fundae
 ocior et missa Parthi post terga sagitta; 230
 uicinumque minax inuadit Ariminon. ignes
 solis lucifero fugiebant astra relicto,
 iamque dies primos belli uisura tumultus
 exoritur. seu sponte deum, seu turbidus Auster
 impulerat, maestam tenuerunt nubila lucem. 235
 constitit ut capto iussus deponere miles
 signa foro, stridor lituom clangorque tubarum
 non pia concinuit cum rauco classica cornu.
 rupta quies populi stratisque excita iuuentus
 deripuit sacris adfixa penatibus arma 240
 quae pax longa dabat: nuda iam crate fluentis

219. *Alpes*] 'mountains'; a reference to the map will show that the Rubicon does not rise in the Alps.

221. *molli*] 'gentle', 'easy'; cf. Verg. Ecl. ix 8 *mollique iugum demittere cliuo*; or it may be taken as proleptic, cf. Propert. i xx 22 *molliā composita litora fronde tegit*.

225. *temerata*] i.e. by Pompeius and the senatorial party; cf. 277 foll. *infr.*

227. *iudice bello*] 'the sword must be our empire'. Oud. cf. Petron. 122 *iudice fortuna cadat alea*.

229. *uerbere*] 'thong', cf. Verg. G. i 309 *stuppea torquentem Balcaris uerbera fundae*.

231. *Ariminon*] The common reading is *Ariminum*; *ut ignes*, Cortius reads *et ignes*. Perhaps it is better here to write the Greek form *Ariminon*, as in ii 46 the MSS. apparently have *Auximon*. It would be unexampled not to have the *um* in *Ariminum* elided, though monosyllables in *m* are often not elided, see Dr Munro's

note on Lucret. ii 404.

233. *tumultus*] This word is perhaps purposely used on account of the special sense which it bears of a war in Italy; cf. Cic. Phil. viii §§ 2—4 especially *itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant*.

235. *impulerat*] Weise reads *impulerit* with some MSS., but *impulerat* seems on every ground to be preferable, and is the reading of the Roman edition of 1469.

238. *non pia*] referring as usual to civil war. cf. Verg. G. i 511 *sacuit toto Mars impius orbe*.

classica] 'alarums' May.

239. *iuuentus*] 'the men of military age', its usual meaning.

241. *dabat*] 'supplied'.

nuda] i.e. the wickerwork was left bare by the decay of the covering of hide; for *crate* Weise cf. iii 485 *perpetuam rupit defesso milite crate*.

inuadunt clupcos curuataque cuspidē pila
 et scabros nigræ morsu robiginis enses.
 ut notae fulsere aquilae Romanaque signa,
 et celsus medio conspectus in agmine Caesar, 245
 diriguere metu, gelidus pavor occupat artus,
 et tacito mutos uoluunt in pectore questus:
 o male uicinis hacc moenia condita Gallis,
 o tristi damnata loco. pax alta per omnes
 et tranquilla quies populos: nos praeda furentum 250
 primaque castra sumus. melius, Fortuna, dedisses
 errantisque domos Latii quam claustra tueri.
 nos primi Senonum motus Cimbrumque ruentem
 uidimus et Martem Libyes cursumque furoris 255
 Teutonici. quotiens Romam Fortuna lacessit,
 hac iter est bellis. gemitu sic quisque latenti
 non ausus timuisse palam: uox nulla dolori
 credita: sed quantum, uolucres cum bruma coeret,
 rura silent mediusque tacet sine murmure pontus, 260
 tanta quies. noctis gelidas lux soluerat umbras:
 ecce faces belli dubiaeque in proelia menti

fluctis] 'rotting', 'falling to pieces'; cf. II. 166; so it is used by Plin. H. N. XXVII § 17, 138 of hair falling off.

242. *inuadunt*] 'seize', cf. Petron. 15 *calvus inuaserat pallium*.

curuata cuspidē] 'bent at the point'.

245. *celsus*] 'aloft', i.e. on horseback; cf. Stat. Theb. VIII 563 *nunc pedes ense uago prensis nunc celsus habenis*; Verg. Aen. VII 285 *sublimis in equis*.

247. *tacito.....pectore*] 'within their breast', *tacito* implies that from fear they kept back what they might have said, in forcible juxtaposition with *mutas* 'unspoken': for the use of the latter word cf. Soph. O. C. 131 τὸ τὰς εὐφρόμων στόμα φροντίδος ἰέντες. cf. 257, 258 inf.

248. *o male*] 'alas! for this town founded with such evil neighbours as the Gauls'. For the founding of a Roman colony at Ariminum cf. Vell. Pat. I 14 § 6, and for its fidelity to Rome in the second Punic war, Liv. XXVII 10.

253. *errantisque*] cf. Aesch. Prom. 709 foll.; Hor. Carm. III xxiv 9; Pind. frag. 72 νομάδουσι γὰρ ἐν Σκύθαις ἀλᾶται Στράτων ὃς ἀμαξοφόρητον οἶκον οὐ πέπαται.

claustra] 'guard the keys of Latium'; cf. Liv. IX 32 *Sutrium uelut claustra Etruriae erat*.

254. *Senonum motus*] The Senones were the tribe that captured Rome 390 B.C. for *motus* cf. Tac. Hist. V 9; Agric. 25.

255. *Martem Libyes*] i.e. Hannibal's army in the second Punic war.

259. *credita*] 'trusted to express their grief'; cf. 520 infr.

quantum] used adverbially.

260. *silent*] *silere* and *tacere* seem to be here used indifferently.

medius] It is not easy to see the point of the epithet: the transition is very abrupt from the woods and fields to the open sea. The line is taken from Theocr. II 38 ἡνὶδε σιγῇ μὲν πόντος σιγῶντι δ' ἀῆται, in which there is no word answering to *medius*.

262. *faces belli*] 'the torch that was to kindle the flame of civil war': the *mens* (probably Caesar's cf. 192—194 supr. and 280—281 infr.) is looked upon as fuel ready for the firing. Cf. Tac. Hist. I 24 *flagrantibus iam militum animis uelut faces addiderat Maecius Pudens*. Notice

urgētis addunt stimulos cunctasque pudoris
 rumpunt fata moras: iustos Fortuna laborat
 esse ducis motus et causas inuenit armis. 265
 expulit ancipiti discordes urbe tribunos
 uicto iure minax iactatis curia Gracchis.
 hos iam mota ducis uicinaque signa petentis
 audax uenali comitatur Curio lingua:
 uox quondam populi libertatemque tueri 270
 ausus et armatos plebi miscere potentis.
 utque ducem uarias uoluentem pectore curas
 conspexit: dum uoce tuae potuere iuuari,
 Caesar, ait, partes quamuis nolente senatu
 traximus imperium tum, cum mihi Rostra tenere 275
 ius erat et dubios in te transferre Quirites.
 sed postquam leges bello siluere coactae,
 pellimur e patriis laribus patimurque uolentes
 exsilium: tua nos faciet uictoria ciues.
 dum trepidant nullo firmatae robore partes, 280
 tolle moras. semper nocuit differre paratis.
 par labor atque metus pretio maiore petuntur.
 bellantem geminis tenuit te Gallia lustris

the confusion of metaphor: the fates first apply torches, then use the goad, and finally burst the bonds.

263. *pudoris*] 'the delay caused by shame'.

265. *esse*] For the infinitive after *laborare* cf. Plin. Epp. I 10 § 2 *amari ab eo laboraui*.

266. *ancipiti*] 'wavering'.

267. *uicto iure*] 'trampling on their rights'; i.e. because the Tribuneship was a sacrosancta potestas.

iactatis] 'harping on the Gracchi'. Oud. cf. Sil. Ital. II 182 *mersum pelago iactarat Vlixem*.

269. *uenali*] cf. IV 819, 820 *momentum-que fuit mutatus Curio rerum Gallorum captus spoliis et Caesaris auro*.

271. *miscere*] 'to bring down armed chiefs to the level of the people'. *miscere* is equivalent to *in ordinem cogere*; cf. III 138. Curio had proposed in the senate that Pompeius and Caesar should lay down their arms simultaneously; cf. Appian, Civil Wars II 28—31 (§ 704).

275. *traximus*] 'prolonged', i.e. opposed the proposition to deprive Caesar

of his province before the end of his second five-years term.

278. *uolentes*] If this means anything more than going into voluntary exile, i.e. without being formally banished, it must be explained by the following line: 'we are willing to suffer exile to be restored by you'.

279. *tua nos*] Notice the order of the words here: the sense is

(1) we can only be restored by your victory.

(2) you may conquer, we shall reap the fruits.

(3) we are sure that you will conquer.

ciues] cf. Hor. carm. II vii 3 *quis te redonauit Quiritem?*

280. *robore*] cf. II 245.

partes] i.e. the enemy's side; cf. *ferro* 31 *supr.*, *gentibus* 82 and 93 *supr.*, *cohortes* 305 *infr.*

281. *differre*] 'procrastination'.

paratis] masc. τοῖς παρεσκευασμένοις.

282. *par labor*] the toil and anxiety are no more (i.e. than in the conquest of Gaul), the reward is greater.

pars quota terrarum. facili si proelia pauca
 gesseris euentu tibi Roma subegerit orbem. 285
 nunc neque te longi remeantem pompa triumphi
 excipit aut sacras poscunt Capitolia lauros.
 liuor edax tibi cuncta negat: gentesque subactas
 uix impune feres. socerum depellere regno
 decretum genero est: partiri non potes orbem: 290
 solus habere potes. sic postquam fatus, et ipsi
 in bellum prono tantum tamen addidit irac
 accenditque ducem quantum clamore iuuatur
 Eleus sonipes, quamuis iam carcere clauso
 immincat foribus pronusque repagula laxet. 295
 conuocat armatos extemplo ad signa maniplos:
 utque satis trepidum turba coeunte tumultum
 composuit, uoltu dextraque silentia iussit:
 bellorum o soçii, qui mille pericula Martis
 mecum, ait, experti decimo iam uincitis anno, 300
 hoc cruor Arctoïs meruit diffusus in aruis
 uolneraque et mortes hiemesque sub Alpibus actae?
 non secus ingenti bellorum Roma tumultu
 concutitur quam si Poenus transcenderet Alpes
 Hannibal. impleantur ualido tirone cohortes: 305

284. *facili*] 'favourable'; cf. Tibull. II iv 19 *ad dominam faciles aditus per carmina quaero*, and *facillime agere* Ter. Adelph. 501: also *faciles dei* 'propitious gods', Ov. Heroid. XVI 280 *sic habeas faciles in tua uota deos*.

285. *tibi Roma*] 'it will be for you that Rome has subdued the world'; *tibi* i.e. non sibi; *Roma* i.e. non tu, ut tibi non fuerit amplius laborandum; *orbem* i.e. non Galliam tantum.

287. *sacras lauros*] Van Jever thinks that this refers to the ovation as distinct from the triumph, comparing Suet. Dom. VI *de Cattis Dacisque post uaria proelia duplicem triumphum egit: de Sarmatis lauream modo Capitolino Ioui rettulit*.

Capitolia] cf. Ov. Met. I 560, 561 *tu ducibus Latiis aderis, cum laeta triumphum uox canet et longas uisent Capitolia pompas*.

289. *impune*] 'scarce will you go unpunished for having subdued so many nations'; compare the feelings of Tiberius towards Germanicus, Tac. Ann. II 26.

feres] cf. Ov. Met. II 474 *haud impune*

feres. Id. XI 207.

291. *ipsi*] i.e. 'his leader'. *ipse* is often used by slaves of their master: cf. Plaut. Cas. IV ii 10 *ego eo quo me ipsa misit*, and by disciples of their teacher, cf. Quintil. XI i § 27.

292. *tamen*] For the position of this word cf. 378 *infr.*

293. *iuuatur*] 'is roused'; cf. Ov. ex Ponto, I vi 18 *alloquique iuua pectora nostra tuo*.

295. *immincat*] 'throws himself against the door, and strives to loose the bolts with outstretched head'. cf. Ov. Met. II 155 *pedibusque repagula pulsant*.

298. *dextra*] cf. Pers. IV 8 *fert animus calidae fecisse silentia turbae maiestate manus*.

301. *Arctoïs*] i.e. in Gaul and Britain.

302. *sub Alpibus*] used loosely for Transalpine Gaul.

304. *transcenderet*] 'were forcing the passes of the Alps'. Oud. cf. VI 325 *extremum Scythici transcendam frigoris orbem*; Propert. I xiv 19 *illa neque Arabium metuit transcendere limen*.

in classem cadit omne nemus: terraque marique
iussus Caesar agi. quid? si mihi signa iacerent
Marte sub aduerso ruerentque in terga feroces
Gallorum populi? nunc, cum Fortuna secundis
mecum rebus agat superique ad summa uocantes 310
temptamur. ueniat dux longa pace solutus
milite cum subito partesque in bella togatae
Marcellusque loquax et nomina uana Catones.
scilicet extremi Pompeium emptique clientes
continuo per tot sociabunt tempora regno? 315
ille reget currus nondum patientibus annis?
ille semel raptos numquam dimittet honores?
quid iam rura querar totum suppressa per orbem
ac iussam seruire famem? quis castra timenti
nescit mixta foro, gladii cum triste minantes 320

306. *in classem*] 'to build fleets'. Oud. cf. Claudian IV cons. Honor. 624 *in lintres fringere nemus*; cf. also Theocr. v 98, 99 ἄλλ' ἐγὼ ἐς χλαῖναν μαλακὸν πῶλον, ὀππῶκα πέζω τὰν οἶν τὰν πελλάν, Κρατὶδὰ δωρήσομαι αὐτοῖς.

307. *agi*] 'to be hunted'; cf. Verg. Aen. VII 481 *ut ceruuum ardentis agerent*. *iacerent*] 'lay prostrate'; cf. Cic. pro Muren. § 30 *uestrum studium totum iacet*, and elsewhere.

308. *feroces*] cf. Tac. Agric. 11 *plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit: nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus*.

310. *mecum agat*] cf. Plin. H. N. VII § 131 *abunde agitur atque indulgenter a Fortuna deciditur cum eo qui iure dici non infelix potest*.

311. *temptamur*] prouocamur ad bellum. Weise.

312. *subito*] equivalent to *tumultuario*. *in bella togatae*] 'meeting war with the gown of peace', implying that Pompeius was backed by men of words and not of deeds.

313. M. Marcellus, consul B.C. 51, had proposed that Caesar should be superseded in his command before the expiration of his second five-years term; cf. Appian, Civil Wars II 26 (§ 703).

nomina uana Catones] For the use of the plural cf. VI 794, 795; Verg. G. II 169.

314. *extremi*] This must refer to the distant kings in Africa and the East who were under the influence of Pompeius, cf.

VI 277 foll., and *extremus* is similarly used by Virgil G. II 114, 115 *adspice et extremis domitum cultoribus orbem, Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos*: at the same time it is not easy to see how they could be said to prolong the power (*regnum*) of Pompeius, which would be done by his partizans at Rome, to whom also the word *empti* would apply better. However if these are meant *extremi* appears inexplicable, and *extremi* and *empti* are so closely coupled together that they cannot refer to two different classes.

315. *continuo regno*] referring to the Gabinian and Manilian laws, &c.

316. *nondum*] Pompeius had triumphed over Hiarbas B.C. 81, at the age of 24: the legal age was 30.

317. *dimittet*] 'give up', 'let go'; cf. Lucret. v 758, 759 *solique suos etiam dimittere languidus ignes tempore cur certo nequeat, recreareque lumen*.

318. *rura*] so MSS.; if the reading be sound this must mean crops; cf. Hor. carm. IV v 18 *nutrit rura Ceres almaque Faustitas*; for the reference cf. Cic. ad Quint. frat. II iii § 2 *ille (Clodius) furens et exanguis interrogabat suos in clamore ipso quis esset qui plebem fame necaret. respondebant operae, Pompeius*. Farnab. reads *iura*.

319. *iussam seruire*] 'made his instrument'.

320. *gladii*] For the intimidation practised by Pompeius at the trial of Milo. See Mommsen Bk. v chap. viii.

iudicium insolita trepidum cinxere corona,
 atque auso medias perrumpere milite leges
 Pompeiana reum clausurunt signa Milonem?
 nunc quoque ne lassum teneat priuata senectus
 bella nefanda parat suetus ciuilibus armis 325
 et docilis Sullam sceleris uicisse magistrum.
 utque ferae tigres numquam posuere furorem,
 quas nemore Hyrcano matrum dum lustra sequuntur
 altus caesorum pauit cruor armentorum,
 sic et Sullanum solito tibi lambere ferrum 330
 durat, Magne, sitis. nullus semel ore receptus
 pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.
 quem tamen inueniet tam longa potentia finem?
 quis scelerum modus est? ex hoc te iam, improbe, regno
 ille tuus saltem doceat discedere Sulla. 335
 post Cilicasne uagos et lassi Pontica regis
 proelia barbarico uix consummata ueneno
 ultima Pompeio dabitur prouincia Caesar,
 quod non uictrices aquilas deponere iussus
 paruerim? mihi si merces erepta laborum est 340
 his saltem longi non cum duce praemia belli

324. *lassum*] 'worn out', cf. 336 infr.; Hor. *carm.* II vi 7 *sit modus lasso maris et uiarum militiaeque*.

326. *uicisse*] 'surpass'; cf. Cic. II in Verrem iv § 112 *quae deprecatio est igitur ei reliqua qui indignitate seruos temeritate fugitiuos scelere barbaros crudelitate hostes nicerit?*

Sullam] Even Cicero expresses his fear that Pompeius if victorious will imitate the proscriptions of Sulla; cf. ad Att. IX 10 § 6 *hoc turpe Gnacus noster biennio ante cogitauit; ita sullaturis animus eius et proscripturis iam diu*.

327. *posuere*] an aorist; for the whole passage cf. Aesch. Ag. 717—756 especially *χρονισθεis δ' ἀπέδειξεν ἦθος τὸ πρῶσθε τοκῆων*.

329. *altus*] 'deep streams of blood of slaughtered oxen'; cf. III 572 *cruor altus in undis spumat*.

331. *nullus*] 'never does blood'; cf. VII 25 note.

332. *mansuescere*] 'to enjoy a bloodless meal'.

333. *potentia*] i.e. unofficial power, not *potestas*.

335. *discedere*] referring to Sulla's abdication of the dictatorship; cf. Appian, *Civil Wars* I 103 (§ 675).

336. *lassi*] because conquered before by Sulla and Lucullus.

337. *barbarico*] Pontus was famous for poisonous herbs; cf. Verg. *Ecl.* VIII 95, 96 *has herbas atque haec Ponto mihi lecta uenena ipse dedit Moeris; nascuntur plurima Ponto*.

uix] The scholiast suggests that this is an allusion to the difficulty which Mithradates was supposed to have found in poisoning himself, as he had habitually taken antidotes.

338. *prouincia*] No English word exactly represents *prouincia*; 'employment', or 'charge' is perhaps the nearest. cf. Liv. II 40 *Sicinio Volsci, Aquilio Hernici prouincia euenit*. Id. XXV 3 *praetores prouincias sortiti sunt; P. Cornelius Sulla urbanam et peregrinam quae duorum ante sors fuerat... Ti. Sempronio Graccho et P. Sempronio Tuditano imperium prouinciaeque Lucani et Galliae cum suis exercitibus prorogatae... T. Otacilio classis*.

reddantur: miles sub quolibet iste triumphet.
 conferet exsanguis quo se post bella senectus?
 quae sedes erit emeritis? quae rura dabuntur
 quae noster ueteranus aret? quae moenia fessis? 345
 an melius fient piratae, Magne, coloni?
 tollite iampridem uictricia tollite signa:
 uiribus utendum est quas fecimus: arma tenenti
 omnia dat qui iusta negat: nec numina deerunt:
 nam nec praeda meis neque regnum quaeritur armis, 350
 detrahimus dominos urbi seruire paratae.
 dixerat, at dubium non claro murmure uolgu
 secum incerta fremit: pietas patriique penates
 quamquam caede feras mentes animosque tumentis
 frangunt; sed diro ferri reuocantur amore 355
 ductorisque metu. summi tum munera pili
 Laelius emeritique gerens insignia doni
 seruati ciuis referentem praemia quercum:
 si licet, exclamat, Romani maxime rector
 nominis et ius est ueras expromere uoces, 360

342. *iste*] 'this soldiery of mine', cf. v 351.

343. *exsanguis*] cf. Quint. Curt. ix iii
 § 10 *intuere corpora exsanguia, tot perfossa uolneribus, tot cicatricibus putria.*

344. *rura*] referring to assignments of land, *moenia* in the following line to the foundation of military colonies.

346. *piratae*] cf. Vell. Pat. ii 32 § 4 (*praedones*) *fudit ac fugauit, et quo maturius bellum tam late diffusum conficeret reliquias eorum contractas in urbibus remotoque mari loco in certa sede constituit. sunt qui hoc carpant.* See also Conington's note on Verg. G. iv 127.

347. *iampridem*] This word may be taken with *uictricia* 'our long victorious standards'; or, perhaps better, with *tollite*, 'raise aloft at once'; cf. Verg. Aen. ii 103 *iamdudum sumite poenas*, with Conington's note and references.

348. *quas fecimus*] A metaphor from the training of athletes; cf. Quintil. x 3 § 3 *uires faciamus ante omnia, quas sufficient labori certaminum et usu non exhauriantur.*

351. *paratae*] Compare the language of Jugurtha concerning Rome, Sall. Jug. 35 *urbem uenalem et mature perituram si emptorem inuenerit.*

354. *feras*] 'rendered fierce', ἀπην-

γρωμένas. See Dr Munro's note on Lucret. i 14.

355. *diro*] 'accursed'; cf. 444 *infr.* *ferri amore*] cf. ii 109. Hom. Od. xvi 294 αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σιδήρεος.

356. *summi...pili*] i.e. he was a *centurio primi pili* otherwise termed *primipilaris* or *primipilus*: this title originally belonged to the first centurion of the first maniple of *triarii* who ranked next to the *tribuni militum*. After the distinctions between *hastati principes* and *triarii* were abolished by Marius when he raised the levy against Jugurtha B.C. 107—106 the *primipilus* was probably the first centurion of the first maniple of the first cohort, who acted as *aquilifer*. In later times the *primipilares* seem to have been a small corps acting as the general's body-guard. See Dict. Antiq. s. v. *exercitus*. cf. Mart. i xxxii 3 *grata Pudens meriti tulerit cum praemia pili.*

357. *emerita*] 'well-deserved'; cf. Sil. Ital. vii 19 *surge age et merito sacrum caput insere caelo.*

358. *referentem*] 'a witness of'; cf. Verg. Aen. v 564, and Conington's note. *quercum*] i.e. the *corona ciuica*, in apposition with *insignia*. Weise refers to Gellius v 6.

quod tam lenta tuas tenuit patientia uires
 conquerimur. deerratne tibi fiducia nostri?
 dum mouet haec calidus spirantia corpora sanguis
 et dum pila ualent fortes torquere lacerti
 degenerem patiēte togam regnumque senatus? 365
 usque adeo miserum est ciuili uincere bello?
 duc age per Scythiae populos per inhospita Syrtis
 litora per calidas Libyae sitientis harenas:
 haec manus ut uictum post terga relinqueret orbem
 oceani tumidas remo compescuit undas, 370
 fregit et Arctoo spumantem uertice Rhenum.
 iussa sequi tam posse mihi quam uelle necesse est.
 nec ciuis meus est in quem tua classica, Caesar,
 audiero. per signa decem felicia castris
 perque tuos iuro quocumque ex hoste triumphos; 375
 pectore si fratris gladium iuguloque parentis
 condere me iubeas plenaeque in uiscera partu
 coniugis inuita peragam tamen omnia dextra;
 si spoliare deos ignemque immittere templis,
 numina miscebit castrens is flamma Monetae; 380
 castra super Tusci si ponere Tybridis undas
 Hesperios audax ueniam metator in agros.
 tu quoscumque uoles in planum effundere muros
 his aries actus disperget saxa lacertis:
 illa licet penitus tolli quam iusseris urbem 385
 Roma sit. his cunctae simul adsensere cohortes,
 elatasque alte quaecumque ad bella uocaret

366. *usque adeo*] cf. Verg. Aen. XII 646 *usque ad aene mori miserum est?*

369. *haec manus*] This refers to the expeditions of Caesar to Britain, which was regarded as another world; cf. Verg. Ecl. I 66 *penitus toto diuisos orbe Britannos*; Vell. Pat. II 46 § 1 (of Caesar crossing to Britain) *alterum paene imperio nostro ac suo quaerens orbem*.

370. *compescuit*] 'has curbed'.

371. *fregit*] If this means anything more than that the Rhine flows towards the north, it must refer to Caesar's passage of the river on the bridge described in the fourth book *de bell. Gall.*

372. *necesse est*] i.e. because we are already regarded as enemies by the senatorial party.

374. *decem felicia castris*] 'prosperous in ten campaigns', cf. 283 *supr.* but in V 374 *decimis castris* means 'in ten days' march'.

378. *inuita*] 'though with unwilling hand, I will yet fulfil all thy orders'.

380. *numina miscebit*] *ueteres interpretes* aedem aut statuam Iunonis Monetae recte intelligebant, ut sensus esset: ignis e castris incendet statuam Iunonis Monetae: praeterea *miscere* est frangere, dissipare, discindere ut II 188 *miscentur membra*; hic in uniuersum, perdere statuam flammis. Weise.

382. *Hesperios*] sc. of Italy. *metator*] 'camp-surveyor', quarter-master; cf. Cic. Phil. XIV § 10 *peritus metator et callidus decempeda*.

promisere manus. it tantus ad aethera clamor
quantus piniferae Boreas cum Thraecius Ossae
rupibus incubuit curuato robore pressae 390
fit sonus aut rursus redeuntis in aethera siluae.

Caesar ut acceptum tam prono milite bellum
fataque ferre uidet, ne quo languore moretur
fortunam, sparsas per Gallica rura cohortes
euocat et Romam motis petit undique signis. 395
deseruere cauo tentoria fixa Lemano.
castraque quae Vogesi curuam super ardua rupem
pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis,
hi uada liquerunt Isarae qui, gurgite ductus
per tam multa suo, famae maioris in amnem 400
lapsus ad acquoreas nomen non pertulit undas.
soluuntur flauī longa statione Rutheni:
mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas,
finis et Hesperiae promotō limite Varus:
quaque sub Herculeo sacratus numine portus 405
urget rupe caua pelagus: non Caurus in illum
ius habet aut Zephyrus: solus sua litora turbat
Circius et tuta prohibet statione Monoeci.
quaque iacet litus dubium quod terra fretumque

388. *promisere manus*] 'promised the help of their hands'. Oud. cf. Stat. Theb. IV 352 *trepidas sine mente sine ira promiserē manus*.

turritaque premens frontem matrona corona
 translata uetuit contingere limina planta.
 non timidum nuptae leuiter tectura pudorem 360
 lutea demissos uelantur flammae uultus:
 balteus haud fluxos gemmis adstrinxit amictus,
 colla monile decens, umerisque haerentia primis
 suppara nudatos cingunt angusta lacertos.
 sic ut erat maesti seruat lugubria cultus, 365
 quoque modo natos hoc est amplexa maritum.
 obsita funerea celatur purpura lana;
 non soliti lusere sales: nec more Sabino
 excepit tristis conuicia festa maritus:
 pignora nulla domus nulli coiere propinqui: 370
 iunguntur taciti contentique auspice Bruto.
 ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
 caesariem duroque admisit gaudia uoltu:
 ut primum tolli feralia uiderat arma,
 intonsos rigidam in frontem descendere canos 375

*locatur sedibus in mediis, Indo quod dente
 politum tincta tegit rosco conchyli purpura
 fuco: haec uestis prisca hominum uariata
 figuris heroum mira uirtutes indicat arte.
 discriminat* 'marks out the coverlets
 with gold embroidery', i.e. the coverlets
 on the bed are marked out with embroi-
 dery, the bed itself being said to do what
 is done to the things resting on it. cf.
 Claudian in consul. Prob. et Olybr. 89
*nodus qui subleuat ense album puniceo
 pectus discriminat ostro.*

358. *turrita* 'towering', 'built up
 high': for this fashion of wearing the hair
 cf. Juv. vi 502—504 *tot premit ordinibus
 tot adhuc compagibus altum aedificat caput:
 Andromachen a fronte uidebis; post minor
 est, credas aliam.* Forc. refers to Hieron.
 Ep. 130 ad Demetriad. § 7 *cerussa ora
 depingere, onerare crinem et alienis capil-
 lis turritum uerticem struere.* Prudent.
 in Psych. 183 *turri'um tortis caput accu-
 mularat in altum crinibus.*

matrona sc. *pronuba*: *frontem* sc. *suam*.
 Oud. reading *uolat* in the next line takes
matrona as referring to the bride.

359. *translata* cf. Catull. lxi 166—
 168 *transfer omne cum bono limen aure-
 olos pedes rasillemque subi forem.* The
 bride was carried over the threshold of
 her new house to avoid the evil omen

which would be caused by her stumbling.
 360. *leuiter* 'slightly', referring to its
 transparent texture.

361. *demissos* 'modestly cast down'.

363. *umeris primis* sc. the extremity
 of the shoulders, almost on the upper part
 of the arm.

364. *suppara* *supparum* tunicae ge-
 nus erat pectus complexum, subucula, ca-
 misia: id *angustum* i.e. aegre uelans pec-
 tora aut lacertos, ita ut pars eorum nuda
 appareat. Weise.

368. *sales* sc. the *fescennina locutio*
 of Catull. lxi 127 foll. Weise cf. Sen.
 Med. 113 *festa dicax fundat conuicia fes-
 cenninus, soluat turba iocos.* On the sub-
 ject of coarse raillery on festal occasions
 in general see Dr Munro on Catull. xxix.

369. *excepit* 'took up' i.e. joined in.

370. *pignora* connexions, generally;
 cf. note on III 33.

371. *auspice* The presence of an
auspex was necessary at a marriage. cf.
 Cic. de div. i § 28 *nihil fere quondam
 maioris rei nisi auspicio ne priuatim qui-
 dem gerebatur: quod etiam nunc nupti-
 arum auspices declarant, qui re omissa
 nomen tantum tenent.* Juv. x 336 *ueniet
 cum signatoribus auspex.*

373. *duroque* 'nor suffered joy to
 appear'.

passus erat maestamque genus increescere barbani.
 uni quippe uacat studiisque odiisque carenti
 humanum lugere genus: nec foedera prisci
 sunt tentata tori: iusto quoque robur amori
 restitit. hi mores haec duri immota Catonis 380
 secta fuit, seruare modum finemque tenere
 naturamque sequi patriaeque impendere uitam,
 nec sibi sed toti genitum se credere mundo.
 huic epulae uicisse famem; magnique penates
 submouisse hiemem tecto: pretiosaque uestis 385
 hirtam membra super Romani more Quiritis
 induxisse togam: uenerisque huic maximus usus
 progenies; urbi pater est urbiq; maritus,

376. *maestam*] 'in token of mourning'.

377. *uni*] sc. *Catonis*, as the only true representative of the wise man of the Stoics.

studiisque odiisque carenti] i.e. *imperturbato*, showing the Stoic ἀπάθεια, for which cf. Sen. Epp. XII iii § 3 foll.

379. *iusto*] 'lawful', cf. III 227 *itque Cilix iusta iam non pirata carina*.

381. *secta*] sc. *disciplina*, cf. Cic. pro Caelio § 40 *qui hanc sectam rationemque uitae re magis quam uerbis secuti sumus*.

seruare modum] This and the following expressions are Stoic formulas. cf. Sen. Epist. XXIII (iii 3) § 6 *ita dico: in praecipiti uolutas: ad dolorem uergit nisi modum teneat. modum autem tenere in eo difficile est quod bonum esse credideris*.

finem] not the 'end', but the 'limit', nearly equivalent to *modum*. cf. Hor. Sat. I i 107, 108 *est modus in rebus sunt certi denique fines quos ultra citraque nequit consistere rectum*.

382. *naturam*] 'to follow nature', the usual Stoic formula. cf. Cic. de off. III iii § 13; Hor. Epp. I x 12 *uiuere naturae si conuenienter oportet*. Sen. Epp. I v § 4 *namque propositum nostrum est secundum naturam uiuere*.

impendere] cf. 569 *infr.*, Stat. Silu. v i 63 *uitamque impendere famae*; Tac. Ann. XII 65.

383. *toti—mundo*] For this cosmopolitan feeling among the Stoics cf. Sen. Epist. XCV. (xv. 3) §§ 52, 53 *omne hoc quod uides, quo diuina atque humana conclusa sunt, unum est: membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos adidit,*

cum ex isdem et in eadem gigneret. haec nobis amorem indidit mutuum et sociabiles fecit. illa aequom iustumque composuit. ex illius constitutione miserius est nocere quam laedi. ex illius imperio paratae sint iuuantis manus. ille uersus et in pectore et in ore sit: homo sum, humani nihil a me alienum puto. habemus in commune quod nati sumus. societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quae casura, nisi inuicem obstarat, hoc ipso sustinetur.

385. *submouisse*] This word is properly used of the lictors clearing away a crowd, cf. Liv. III 48: for the metaphorical use cf. Hor. *carm.* II x 17, 18 *informes hiemes reducit Iuppiter idem submouet*.

386. *hirtam*] 'a coarse toga', i.e. with no under-garment, cf. Plut. Cato 6 *πολλὰς δ' ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων εἰς τὸ δημόσιον προήει μετ' ἄριστον*.

387. *togam*] cf. Hor. Epp. I xix 12—14 *quid, si quis uoluit toruo ferus et pede nudo exiguaeque togae simulat textore Catonem, uirtutemne repraesentet moresque Catonis?* For the *toga* as the distinguishing dress of Romans cf. Verg. Aen. I 286 *Romanos rerum dominos gentemque togatam*, and the story told by Suetonius of the application of this line by Augustus. Suet. Aug. 40.

ueneris] cf. Lucret. IV 1103. Propert. II xv 11.

388. *urbi pater*] cf. Hor. *carm.* III xxiv 27—29 *si quaeret pater urbium subseribi statuis indomitam audeat refrrenare licentiam*. Cato had spoken of himself as standing in a kind of parental relation to Rome *supr.* 297 foll.

iustitiae cultor, rigidi scruator honesti,
in commune bonus: nullosque Catonis in actus 390
subrepsit partemque tulit sibi nata uoluptas.

interea trepido discedens agmine Magnus
moenia Dardanii tenuit Campana coloni.
haec placuit belli sedes, hinc summa mouenti
hostis in occursum sparsas extendere partes, 395
umbrosis mediam qua collibus Appenninus
erigit Italiam, nullo qua uertice tellus
altius intumuit propiusque accessit Olympo.
mons inter geminas medius se porrigit undas
infernī superique maris: collesque coercent 400
hinc Tyrrhena uado frangentes aequora Pisae,
illinc Delmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
fontibus hic uastis immensos concipit amnes,
fluminaque in gemini spargit diuortia ponti.
in lacuom cecidere latus ueloxque Metaurus 405
Crustumiumque rapax et iunctus Sapis Isauro
Senaque et Hadriacas qui uerberat Aufidus undas:
quoque magis nullum tellus se soluit in amnem

389. *honesti*] τοῦ καλοῦ. cf. Cic. de fin. v § 66 *honestum aut ipsa uirtus est aut res gesta uirtute*.

391. *sibi nata uoluptas*] 'selfish pleasure'.

393. *moenia*] sc. Capua. cf. Verg. Aen. x 145 *et Capys; hinc nomen Campanae ducitur urbi*. Weise refers to Suet. Jul. 81, where the story is told of the supposed discovery of the tomb of Capys.

394. *hinc summa mouenti*] sc. ἐν τεύθει ὀρμωμένῳ 'making this his head-quarters'.

395. *sparsas extendere partes*] i.e. to send forward his partisans in various directions. cf. i 468 *per omnem spargitur Italiam*.

397. *erigit Italiam*] 'makes central Italy rise higher'. cf. Tac. Germ. 46 *quidquid siluarum ac montium erigitur latrociniis pererrant*.

nullo qua uertice tellus] If the reading be sound this must be taken, as it is by Weise, as an hypallage for *qua (tellure) nulla tellus uertice*, &c., i.e. 'than which land none rises higher with its peaks', but the passage to which he refers, ix 656 *Phlegraeo stantes serpente gigantes* seems to me scarcely to justify the construction: the transference of a mere epithet such as

Phlegraeus is a different matter from that of a word like *nullus*. Cortius reads *quo*, i.e. 'than which the earth rises higher with no other peak'. In any case Lucan means that the Appennines are as high as any mountains in the world, just as below he exaggerates the size of the Po.

398. *Olympo*] sc. the sky. cf. i 140.

400. *collesque coercent*] 'the hills are hemmed in, on one side by Pisae that with its shallows breaks the force of the Tyrrhenian waves'.

402. *Delmaticis*] 'from the Dalmatian coast', cf. note on i 106 *Parthica damna*.

Ancon] For the Greek form cf. Juv. iv 40. So *Auximon* 466 *infr.* See also note on i 231.

403. *concipit*] 'gathers the source of', cf. Lucret. vi 503 *conciipiunt etiam multum quoque saepe marinum umorem (nubila)*.

404. *diuortia*] 'two widely parted seas'. cf. 580 *infr.* Cic. de orat. iii § 69 *haec autem, ut ex Appennino fluminum, sic ex communi sapientium ingo sunt doctrinarum facta diuortia*.

407. *uerberat*] 'lashes'. cf. Hor. *carm.* iii xxx 10 *dicar qua uiolens ob-strepit Aufidus*.

408. *quoque magis*] 'a river than which

Eridanus fractas deuoluit in aequora siluas
 Hesperiamque exhaurit aquis. hunc fabula primum 410
 populea fluuium ripas umbrasse corona:
 cumque diem pronum transuerso limite ducens
 succendit Phaethon flagrantibus aethera loris,
 gurgitibus raptis penitus tellure perusta,
 hunc habuisse pares Phoebeis ignibus undas. 415
 non minor hic Nilo, si non per plana iacentis
 Aegypti Libycas Nilus stagnaret harenas.
 nec minor hic Histro, nisi quod dum permeat orbem
 Hister casuros in quaelibet aequora fontes
 accipit et Scythicas exit non solus in undas. 420
 dexteriora petens montis decliua Tybrim
 unda facit Rutubamque cauom. delabitur inde
 Volturusque celer nocturnaeque editor aurae
 Sarnus et umbrosae Liris per regna Maricae
 Vestinis impulsus aquis radensque Salerni 425
 culta Siler nullasque uado qui Macra moratus

there is none into which the earth more dissolves itself', i.e. than which none carries down more earth with it. This seems better than to understand it to mean, as Weise does, than which no land has a greater river: he refers to IX 420 *Libyce—non fontibus ullis soluitur*, i.e. has no springs of water. As a fact the Po carries down great quantities of sedimentary matter which has considerably extended the shore at its mouths.

409. *siluas*] cf. Verg. G. I 481 *proluit insano contorquens uertice siluas fluuiorum rex Eridanus*.

410. *exhaurit aquis*] 'drains Italy of its waters'. cf. IV 638.

411. *populea*] Virgil makes the sisters of Phaethon to be changed into alders, cf. Ecl. VI 61, 62 *tum Phaethontidas musco circumdat amarac corticis atque solo proceras erigit alnos*.

412. *diem pronum*] 'the waning day'. cf. Ov. Met. XI 257 *pronus erat Titan*. Propert. I xvi 23 *me mediae noctes me sidera prona iacentem, frigidaque eoo me dolet aura gelu*.

transuerso limite] sc. out of its proper course, cf. IV 818 *transuerso mentem dubiam torrente tulerunt*.

413. *loris*] pro curribus, parte pro toto. Weise.

414. *raptis*] i.e. evaporated.

415. *pares*] 'a match for the fires of Phoebus'. cf. Caes. B. G. IV 7 *sese unis Sucuis concedere, quibus ne di quidem immortales pares esse possint*.

416. *non minor*] i.e. it is no less than the Nile, only the latter floods Egypt, and so appears greater than it really is. Weise cf. III 253.

per plana iacentis] 'level', 'flat'.

417. *stagnaret*] 'inundate'. cf. Tac. Ann. I 76 *Tiberis plana urbis stagnauerat*.

419. *casuros*] 'the springs which might flow into any seas'. Lucan seems strangely to imply that the Po does not receive any affluents.

422. *cauom*] i.e. running in a gorge. cf. Verg. G. I 328 *implentur fossae et caua flumina crescent*.

423. *nocturnae*] i.e. which gives out exhalations at night. It seems best to connect these words with the Volturus in accordance with the passage which Oud. quotes from Frontin. Strat. II 257 *Volturum amnem ultra reliquorum naturam fluminum ingentes auras mane proflare*.

424. *Maricae*] cf. Hor. carm. III xvii 7, 8 *innantem Maricae litoribus tenuisse Lirim*.

425. *Vestinis impulsus aquis*] 'sped on its course by streams from the Vestinian land'.

426. *moratus*] 'not concerning itself

alnos uicinae percurrit in acquora Lunae.
 longior educto qua surgit in aera dorso
 Gallica rura uidet deuexasque aspicit Alpes.
 tunc Vmbris Marsisque ferax domitusque Sabello 430
 uomere piniferis amplexus rupibus omnes
 indigenas Latii populos, non deserit ante
 Hesperiam quam cum Scyllaeis clauditur undis,
 extenditque suas in templa Lacinia rupes,
 longior Italia donec confinia pontus 435
 solueret incumbens terrasque repelleret aequor:
 at postquam gemino tellus elisa profundo est
 extremi colles Siculo cessere Peloro.

Caesar in arma furens nullas nisi sanguine fuso
 gaudet habere uias, quod non terat hoste uacantis 440
 Hesperiae fines uacuosque irrumpat in agros,
 atque ipsum non perdat iter consertaque bellis
 bella gerat. non tam portas intrare patentis
 quam fregisse iuuat: nec tam patiente colono

with any boats', i.e. not being navigable.
 cf. Hor. Epp. I xv 16 *nam uina nihil
 moror illius orae*.

427. *alnos*] 'boats'. cf. Verg. G. I 136
tunc alnos primum flumini sensere cauatas.

428. *longior*] sc. *Appenninus*; 'extend-
 ing further', i.e. beyond the boundaries
 of Italy (the Maera and the Rubicon)
 northwards.

429. *deuexas*] 'looks on the slope of
 the Alps'.

432. *Latii*] sc. Italy. cf. *supr.* 196,
infr. 447.

433. *Scyllaeis*] sc. the strait of Mes-
 sana.

435. *longior Italia*] 'once extending
 beyond Italy'.

donec] cf. Verg. Aen. III 414—419,
*haec loca ui quondam et uasta conuolsa
 ruina, tantum aevi longinqua ualet mutare
 uetustas, dissiluisse ferunt, cum protinus
 utraque tellus una foret; uenit medio ui
 pontus et undis Hesperium Siculo latus ab-
 scidit, aruaque et urbes litore diductas
 angusto interluit aestu*. Oud. cf. Claudian
 de rap. Pros. I 140—144 *Trinacria quon-
 dam Italiae pars una fuit, sed pontus et
 aestus mutauere situm; rupit confinia
 Nereus uictor et abscissos interluit aequore
 montes, paruaque cognatas prohibent dis-
 crimina terras*.

436. *incumbens*] cf. Stat. Theb. x
 864 *amnis ut incumbens longaeui robora
 pontis assiduus oppugnat aquis*.

terrasque repelleret aequor] i.e. instead
 of the land driving back the sea.

438. *cessere*] 'fell to the share of Si-
 cilian Pelorus' i.e. when Italy and Sicily
 were parted the extremity of the Appen-
 nines became part of the latter; cf. Verg.
 Aen. III 333, 334 *morte Neoptolemi reg-
 norum reddita cessit pars Heleno*.

439. *nullas nisi sanguine fuso*] 'Caesar
 rushing with fury to war rejoices to
 find no path except by bloodshed; he is
 glad that the land of Italy on which he
 tramples is not clear of foes, that the
 fields over which he sweeps are not de-
 serted; that he does not waste his march,
 but wages war joined to war without a
 break.' It is true that Caesar scarcely
 met with any resistance in Italy and did
 not ravage the country, but it is in ac-
 cordance with Lucan's custom to describe
 him as a bloodthirsty destroyer cf. I 144
fol., 534 *infr.*, VII 557 *fol.*

442. *perdat*] cf. 190 *supr.* III 365.

consertaque] cf. Auson. Ep. xx 13,
 14 *uiue uale et totidem uenturos congere
 Ianos quot tuus aut noster conseruere
 patres*. For the adversative *que* cf. note
 on I 134.

arua premi quam si ferro populetur et igni. 445
 concessa pudet ire uia ciuemque uideri.
 tunc urbes Latii dubiae uarioque fauore
 ancipites quamquam primo terrore ruentis
 cessurae belli, denso tamen aggere firmant
 moenia et abrupto circumdant undique uallo: 450
 saxorumque orbes et quae super eminus hostem
 tela petant altis murorum turribus aptant.
 pronior in Magnum populus pugnatque minaci
 cum terrore fides: ut cum mare possidet Auster
 flatibus horrisonis hunc aequora tota sequuntur: 455
 si rursus tellus pulsu laxata tridentis
 Aeolii tumidis inmittat fluctibus Eurum,
 quamuis icta nouo, uentum tenere priorem
 aequora, nubiferoque polus cum cesserit Euro,
 uindicat unda Notum. facilis sed uertere mentes 460
 terror erat dubiamque fidem fortuna ferebat.
 gens Etrusca fuga trepidi nudata Libonis,
 iusque sui pulso iam perdidit Vmbria Thermo.
 nec gerit auspiciis ciuilia bella paternis
 Caesaris audito conuersus nomine Sulla. 465
 Varus, ut admotae pulsarunt Auximon alae,
 per diuersa ruens neglecto moenia tergo
 qua siluac qua saxa fugit. depellitur arce

446. *concessa*] 'lawful', cf. Hor. Sat. I iv 113 *ne sequerer moechas concessa cum Venerē uti possem*: Weise takes it as *sibi concessa a Pompeio*.

447. *Latii*] cf. *supr.* 196, 432.

449. *cessurae*] 'ready to yield'.

451. *super*] i.e. *desuper*, 'from above', cf. vi 291.

454. *fides*] 'loyalty'.

mare possidet] 'is master of the sea'. cf. Ov. Met. iv 688, 689 *ueniensque immenso belua ponto eminet et latum sub pectore possidet aequor*. Petron. 114 *sacpissime in oram Italici litoris aquilo possessor conuertebat huc illuc obnoxiam ratem*.

456. *tellus*] sc. Strongyle, the abode of Aeolus. Weise.

laxata] 'laid open', cf. Verg. G. I 89 *seu plures labor ille uias et caeca relaxat spiramenta*.

457. *Aeolii*] cf. Verg. Aen. I 81—86. *inmittat*] cf. note on I 103.

459. *nubiferoque*] 'and when the sky has yielded to the East that brings the clouds, the waves maintain their claim to the West'. Weise cf. v 571 foll. See also Ov. Met. VIII 470—472 *utque carina, quam uentus uentoque rapit contrarius aestus, nim geminam sentit, paretque incerta duobus*.

460. *Notum*] i.e. the same as the Auster of line 454. cf. note on I 406.

461. *ferebat*] equivalent to *auferebat*: so *infr.* 487.

463. *ius sui*] sc. the power to dispose of themselves, cf. VIII 611, 612 *Phariamque ablatus in alnum perdiderat iam iura sui*.

465. *conuersus*] 'turned to flight'.

466. *Auximon*] cf. note on I 231, 402 *supr.*

467. *per diuersa*] sc. through the walls on the opposite side of the town.

468. *qua siluac*] flies where are found woods and rocks, i.e. to their protection.

Lentulus Asculca. uictor cedentibus instat
 diuertitque acies: solusque ex agmine tanto 470
 dux fugit et nullas ducentia signa cohortes.
 tu quoque commissae nudatam deseris arcem,
 Scipio, Nuceriae: quamquam firmissima pubes
 his sedeat castris iampridem Caesaris armis
 Parthorum seducta metu; qua Gallica damna 475
 suppleuit Magnus, dumque ipse ad bella uocaret,
 donauit socero Romani sanguinis usum.

at te Corfini ualidis circumdata muris
 tecta tenent, pugnax Domiti: tua classica seruat
 oppositus quondam polluto tiro Miloni. 480
 ut procul immensam campo consurgere nubem
 ardentisque acies percussis sole corusco
 conspexit telis, socii decurrite, dixit,
 fluminis ad ripas undaeque immergite pontem;
 et tu montanis totus nunc fontibus exi 485
 atque omnes trahe, gurges, aquas ut spumeus alnos
 discussa compage feras. hoc limite bellum
 haereat, hac hostis lentus terat otia ripa.
 praecipitem cohibete ducem: uictoria nobis
 hic primum stans Caesar erit. nec plura locutus, 490

470. *diuertit*] 'brings over to his own side'.

473. *Nuceriae*] in Umbria. *Nuceriae* is the correction of Micyllus for the *Luceriae* of the MSS.: from Caesar B.C. I 24 it appears that Pompeius was at Luceria in Apulia when he heard the news of the capture of Corfinium. Luceria cannot therefore at this time have been lost by Scipio.

475. *Gallica damna*] After the defeat of Cotta and Sabinus by the Nervii Pompeius had lent a legion to Caesar to make up for his losses: when the Senate required that Pompeius and Caesar should each supply a legion for the Parthian war, Pompeius demanded that this legion should be restored, and another besides sent from Caesar's own forces: on their arrival in Italy they were retained there and not forwarded to Asia. cf. Caes. B.G. VI 1, B.C. I 4.

476. *dumque*] 'till he should recall them for war'.

477. *usum*] 'the loan of Roman blood'.

479. *Domiti*] L. Domitius Ahenobarbus, selected for praise as the ancestor of Nero: for his death cf. VII 599—616.

480. *oppositus*] 'arrayed against', i.e. these were the troops which when newly levied had been employed by Pompeius to overawe the court at the trial of Milo. cf. note on I 320.

484. *fluminis*] sc. the Aternus.

485. *totus*] 'with all thy force'. cf. Hor. carm. I xix 9 *in me tota ruens Venus Cyprum deseruit*.

486. *alnos*] sc. the timber of the bridge.

487. *feras*] equivalent to *auferas*. cf. supr. 461. Verg. Ecl. IX 51 *omnia fert actas, animum quoque*.

488. *terat otia*] 'waste his time in idleness'. A mixture of *terat tempus* and *otia agat*. cf. *u.* 4, 371.

489. *uictoria*] cf. inf. 708 *exigua est fugiens uictoria Magnus*.

490. *stans*] 'stayed'. cf. Sil. Ital. XII 41 *stabat Cannarum Graia ad munimina uictor nequicquam*.

deuoluit rapidum nequidquam moenibus agmen.
nam prior e campis ut conspicit amne soluto
rumpi Caesar iter calida prolatus ab ira:
non satis est muros latebras quaesisse pauidi?
obstruitis campos fluuiisque arcere paratis, 495
ignauis? non, si tumido me gurgite Ganges
submoueat, stabit iam flumine Caesar in ullo
post Rubiconis aquas. equitum properate cateruac:
ite simul pedites: ruiturum adscendite pontem.
hacc ubi dicta, leuis totas accepit habenas 500
in campum sonipes: crebroque simillima nimbo
trans ripam ualidi torserunt tela lacerti.
ingreditur pulsa fluuium statione uacantem
Caesar et ad tutas hostis compellitur arces.
et iam moturas ingentia pondera turres 505
erigit et mediis subrepsit uinea muris.
ecce nefas belli reseratis agmina portis
captiuom traxere ducem, cuiusque superbi
constitit ante pedes. uoltu tamen alta minaci
nobilitas recta ferrum ceruice poposcit. 510
scit Caesar poenamque peti ueniamque timeri.
uiue licet nolis et nostro munere, dixit,
cerne diem. uictis iam spes bona partibus esto
exemplumque mei: uel, si libet, arma retempta;
et nihil hac uenia, si uiceris ipse, paciscor. 515

491. *deuoluit*] 'hurries down'.

492. *soluto*] i.e. freed from the bridge, which is regarded as fettering the river. cf. Verg. Aen. VIII 728 *pontem indignatus Araxes*.

493. *ab ira*] cf. note on 86 supr.

495. *arcere*] For the omission of the *me* after *arcere* cf. note on 728 infr.

497. *submoueat*] cf. Verg. Aen. VII 225, 226 *auduit et si quem tellus extrema refuso submouet Oceano*.

499. *ruiturum*] antequam ruat, Weise. This seems not to agree with what was said in 492 infr. viz. that the bridge was already destroyed.

503. *statione*] 'guard'. cf. Tac. Ann. XIV 8 *Anicetus uillam statione circumdat*.

504. *ad tutas*] 'to the protection of the citadel'.

505. *moturas*] sc. to discharge.

506. *uinea*] 'pent-house': for a de-

scription of it cf. Veget. de re mil. IV 15.

507. *nefas belli*] 'a military crime', i.e. it is a crime on the part of soldiers to betray their general.

508. *ciuisque superbi*] 'his insolent fellow-citizen', sc. Caesar.

510. *recta*] Oud. cf. Sen. Epp. IV viii § 2 *recto tibi inuictoque moriendum est*.

513. *uictis*] 'be now a cause of hope to the conquered faction, and an example of my clemency'. *uictis* implies that Caesar regards his enemies as certain to be conquered.

spes] For *spes* used of a person cf. Verg. Aen. II 281 *o lux Dardaniae, spes o fidesima Teucrum*.

514. *uel si libet*] 'even, if you will, try the fortune of war again'. cf. Ov. Trist. V xii 51 *si demens studium fatale retemptem*.

fatur: et adstrictis laxari uincula palmis
 imperat. heu quanto melius uel caede peracta
 parcere Romano potuit Fortuna pudori;
 poenarum extremum cui fit quod castra secutus
 sit patriae Magnumque ducem totumque senatum 520
 ignosci. premit ille graues interritus iras,
 et secum: Romamne petes pacisque recessus,
 degener? in medios belli non ire furores
 iamdudum moriture paras? ruc certus et omnes
 lucis rumpe moras et Caesaris effuge munus. 525

nescius interea capti ducis arma parabat
 Magnus ut immixto firmaret robore partes.
 iamque secuturo iussurus classica Phoebō
 temptandasque ratus moturi militis iras
 adloquitur tacitas ueneranda uoce cohortes: 530

o scelerum ultores melioraque signa secuti,
 o uere Romana manus, quibus arma senatus
 non priuata dedit, uotis deposcite pugnam.
 ardent Hesperii saeuis populatibus agri:
 Gallica per gelidas rabies effunditur Alpes: 535
 iam tetigit sanguis pollutos Caesaris enses.
 di melius belli tulimus quod damna priores:
 coeperit inde nefas. iamiam, me praeside, Roma

519. *poenarum*] 'for which it is the worst of punishments to be pardoned for having followed the camp of their country &c.'

cui fit] This is the reading which Sulpitius gives: the reading *ciui* which is found in most MSS. is supposed by Weise to have arisen from a mistake in writing from dictation.

524. *iamdudum*] perhaps best taken with *paras*; cf. IV 545; Ov. A. A. I 317 *ingenti iamdudum de grege duci iussit*; but it may be taken with *moriture*, cf. Stat. Theb. VI 857 *iamdudum aetherias eadem reditura sub auras*. See also note on I 347.

certus] 'sure of thy fate'.

525. *lucis...moras*] 'the ties that hold thee to life'. cf. Plin. Epp. I xii § 8 *multa illa uitae sed minora retinacula abruptit*. Val. Flacc. VI 733 *saeua quidem lucis miseris mora*.

527. *robore*] sc. *valido tirone* ut est I 305. Weise.

528. *iussurus classica*] 'intending to

bid his trumpets sound'.

529. *moturi*] sc. *castra*. cf. Cic. ad Att. IX i § 1 *postquam ille Carnusio mouerat*. Liv. XXIV 44 *consules legionibus scriptis priusquam ab urbe mouerent prodigia procurarunt*.

iras] 'warlike spirit'.

531. *meliora*] 'of the better side'. cf. VII 349 *causa iubet melior superos sperare secundos*.

532. *uere Romana*] cf. Tac. Hist. I 84 *ulline Italiae alumni et Romana uere iuuentus ad sanguinem et caedem depoposcerint ordinem*, in which passage Otho is addressing the Praetorian guards.

533. *non priuata*] cf. supr. 319.

535. *effunditur*] 'the flood of Gallic fury is pouring'.

537. *di melius*] sc. *dedere*. cf. III 93. Ov. Heroid. XVII 30 *di melius, similis non fuit ille tui*.

priores] *innocentior enim est qui prior acceperit iniuriam*. Schol.

538. *inde*] 'on his side'.

supplicium poenamque petat. neque enim ista uocari
 proelia iusta decet patriae sed uindictis iram. 540
 nec magis hoc bellum est quam cum Catilina parauit
 arsuras in tecta faces sociusque furoris
 Lentulus exsertique manus uaesana Cethegi.
 o rabies miseranda ducis, cum fata Camillis
 te, Caesar, magnisque uelint miscere Metellis, 545
 ad Cinnas Mariosque uenis? sternere profecto,
 ut Catulo iacuit Lepidus, nostrasque secures
 passus Sicanio tegitur qui Carbo sepulcro,
 quique feros mouit Sertorius exsul Iberos.
 quamquam, si qua fides, his te quoque iungere, Caesar
 inuideo, nostrasque manus quod Roma furenti 551
 opposuit. Parthorum utinam post proelia sospes
 et Scythicis Crassus uictor remeasset ab oris,
 ut simili causa caderes qua Spartacus hostis.
 te quoque si superi titulis accedere nostris 555
 iusserunt, ualet in torquendo dextera pilo:
 feruidus haec iterum circum praecordia sanguis
 incaluit: disces non esse ad bella fugaces

me praeside] 'with me at her head'; *praeses* does not appear to be used in any technical sense; Forc. quotes from the Digest tit. I 18 *praesidis nomen generale est, eo quod et proconsules et legati Caesaris et omnes provincias regentes praesides appellantur*. See also Ov. Met. xv. 758.

542. *in tecta*] to be taken with *parauit*. cf. Verg. Aen. II 46 *aut haec in nostros fabricata est machina muros*.

543. *exserti*] 'bare-armed'. cf. VI 794, Hor. A.P. 50 *dicere cinctus non exaudita Cethegis* and Orelli's note.

545. *miscere*] 'to raise thee to the level of': similarly it is used of bringing down to the level of another I 271. 'This is taken from a letter of Brutus to Atticus in which a similar expression is used of M. Antonius: the words are in Plutarch's life of Brutus 29: Μάρκον δὲ Ἀντώνιον ἀξίαν φησὶ τῆς ἀνολας διδόναι δίκην, ὅς ἐν Βρούτοις καὶ Κασσίοις καὶ Κάτωσι συναριθμεῖσθαι δυνάμενος, προσθήκην ἑαυτὸν Ὀκταβίῳ δέδωκεν.' Rutgersius.

547. *ut Catulo*] 'as Lepidus fell before Catulus'. cf. Florus II 11, who however says that Lepidus fled to Sardinia and died there.

548. *Carbo*] For his execution by Pompeius in Sicily cf. Appian B. C. I 96.

549. *quique*] sc. *utque iacuit Sertorius qui &c.* Sertorius was not put to death by Pompeius, but murdered by his lieutenant Perperna. cf. Florus II 8 § 9. Vell. Pat. II xxx.

550. *si qua fides*] 'if thou wilt believe me'.

551. *inuideo*] 'I grudge ranking thee too with these, and regret that Rome has set my hand the task of resisting thy frenzy'; i.e. Caesar is not worthy of being ranked with Marius and Cinna, but rather with Spartacus. For *inuidere* with infinitive cf. Persius III 73 *disce nec inuideas* (i.e. *discere*) and Conington's note; for the change in construction cf. VII 427—433.

554. *simili causa*] sc. by the hand of Crassus. cf. Vell. Pat. II xxx § 5.

555. *titulis*] 'triumphs'. cf. Ov. Heroid. IX 1 *gratulor Oechaliam titulis accedere nostris*.

557. *circum praecordia*] cf. Verg. G. II 484 *frigidus obstiterit circum praecordia sanguis*.

qui pacem potuere pati. licet ille solutum
 defectumque uocet ne uos mea terreat aetas : 560
 dux sit in his castris senior dum miles in illis.
 quo potuit ciuem populus perducere liber
 adscendi, supraque nihil nisi regna reliqui.
 non priuata cupit Romana quisquis in urbe
 Pompeium transire parat. hinc consul uterque, 565
 hinc acies statura ducum est. Caesarne senatus
 uictor erit? non tam caeco trahis omnia cursu
 teque nihil, Fortuna, pudet. multisne rebellis
 Gallia iam lustris aetasque impensa labori
 dant animos? Rhēni gelidis quod fugit ab undis, 570
 oceanumque uocans incerti stagna profundi
 territa quaesitis ostendit terga Britannis?
 an uanae tumuere minae quod fama furoris
 expulit armatam patriis e sedibus urbem?
 heu demens, non te fugiunt me cuncta sequuntur : 575
 qui cum signa tuli toto fulgentia ponto,
 ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem
 omne fretum metuens pelagi pirata reliquit,

559. *solutum*] 'enfeebled'. cf. I 311.

560. *defectum*] 'worn out'. cf. I 695
 note.

561. *senior*] This is a glaring sophism which is put into the mouth of Pompeius, as in the Roman system of fighting a small body of veteran troops was more than a match for many times their number of untrained recruits. cf. I 312 where Caesar speaks of his opponent's troops as *miles subitus*.

562. *liber*] emphatic, 'yet remaining free'.

565. *transire*] 'to outstrip'. cf. IV 499. Quintil. XII 11 § 28 *uerum ut transcendit spes non sit magna tamen est dignitas subsequendi*.

566. *ducum*] i.e. *procerum*. Weise.

568. *teque nihil*] 'nor art thou, Fortune, so utterly lost to shame'.

569. *labori*] sc. the labour of conquering Gaul. cf. I 282.

570. *Rhēni*] This refers to Caesar's retreat from Germany into Gaul. cf. B.G. IV 19.

571. *oceanumque*] 'calling the pools of a shifting sea the ocean'. cf. Caes. B.G. IV 29.

incerti] i.e. on account of the tides of Caes. B.G. l.c.

572. *quaesitis*] 'attacked by him unprovoked'.

574. *expulit*] 'has driven the city forth in arms from its native home', i.e. the citizens, who are identified with the city. Compare the language of the Athenian democratic party at Samos in Thuc. VIII 76 *ὡς οὐ δεῖ ἀθροεῖν ὅτι ἡ πόλις αὐτῶν ἀφέστηκε*. The expression is a strange one as *patria* is often used of the city of Rome, cf. I 186, III 73, Tac. Ann. VI 21 (15) *deuīs plerumque itineribus ambiens patriam et declinans*.

577. *ante bis exactum*] 'before the moon could twice complete and hide her disc', i.e. before two full moons and two new moons. cf. Ov. Met. VII 179 *tres aberant noctes ut cornua tota coirent efficerentque orbem*. Weise takes *orbis* of the orbit of the moon cf. Verg. Aen. V 46 *annuus exactis completur mensibus orbis*, and *condere* as 'to complete', cf. Hor. carm. IV V 29 *condit quisque diem collibus in suis*. Stat. Theb. X 54 *condiderant iam uota diem*.

578. *metuens pelagi*] to be taken toge-

angustaque domum terrarum in sede poposcit.
idem ego per Scythici profugum diuortia Ponti 580
indomitum regem Romanaque fata morantem
ad mortem Sulla feliciore ire coegi.
pars mundi mihi nulla uacat: sed tota tenetur
terra meis quocumque iacet sub sole tropaeis.
hinc me uictorem gelidas ad Phasidos undas 585
Arctos habet: calida medius mihi cognitus axis
Aegypto atque umbras nusquam flectente Syene.
occasus mea iura timent Tethynque fugacem
qui ferit Hesperius post omnia flumina Baetis.
me domitus cognouit Arabs me Marte feroces 590
Heniochi notique erepto uellere Colchi.
Cappadoces mea signa timent, et dedita sacris
incerti Iudaea dei mollisque Sophene.
Armenios Cilicasque feros Taurosque subegi.
quod socero bellum praeter ciuile reliqui? 595
uerba ducis nullo partes clamore sequuntur,
nec matura petunt promissae classica pugnae.
sensit et ipse metum Magnus; placuitque referri
signa nec in tantae discrimina mittere pugnae

ther, 'shrinking from the open sea'. cf. VIII 811 *pauidos Cilicas maris*.

579. *terrarum*] 'on land', i.e. at Soli in Cilicia and elsewhere. cf. note on I 346.

580. *Scythici diuortia Ponti*] 'the distant recesses of the Scythian sea' i.e. the kingdom of Bosphorus or Panticapaeum over which he had set his son Machares. For *diuortia* cf. 404 *supr.* and Tac. Agric. 19 *diuortia itinerum*.

581. *Romanaque fata morantem*] 'who delayed the march of Rome's destiny'. cf. Hor. *carm.* III xxvii 50 *impudens Orcum moror*.

582. *ad mortem*] 'to go to meet his death'.

feliciore] cf. note on 221 *supr.*

584. *sole*] cf. Hor. *carm.* II xvi 18, 19 *quid terras alio calentes sole mutamus?* Verg. G. II 512 *atque alio patriam quae-runt sub sole iacentem*.

586. *medius axis*] sc. the southern quarter. cf. III 359 *Hesperium...in axem*. Juv. XIV 42 *quocumque sub axe*.

587. *umbras*] i.e. Syene is 'exactly under the equator, so that the midday sun being vertically overhead casts no shadow.

musquam] sc. neither to right nor left. cf. III 248.

588. *fugacem*] i.e. because of the tides.

589. *post omnia flumina*] 'furthest of all rivers'. There are however several Spanish rivers whose mouths lie further west than that of the Baetis, e.g. the Anas, the Tagus and the Durius.

593. *incerti*] cf. Juv. XIV 96, 97 *quidam sortiti metuentem sabbata patrem nil praeter nubes et caeli numen adorant*. Tac. Hist. v 5 *Iudaei mente sola unumque numen intellegunt*.

Sophene] Oud. cf. Claudian in Eutrop. I 220 *in mercem ueniunt Cilices Iudaea Sophene, Romanusque labor Pompeianique triumph*.

596. *partes*] i.e. the soldiers of his side. cf. *supr.* 395.

597. *matura*] 'the immediate signal'.

598. *sensit et ipse*] 'felt fear in his own person', i.e. was himself afraid; so *sensit* *calorem* is used for 'to be hot'; cf. Juv. XII 98.

599. *in tantae discrimina pugnae*] according to Weise is equivalent to *in*

iam uictum fama non uisi Caesaris agmen. 600
 pulsus ut armentis primo certamine taurus
 siluarum secreta petit uacuosque per agros
 exsul in aduersis explorat cornua truncis;
 nec redit in pastus, nisi cum ceruice recepta
 excussi placuere tori: mox reddita uictor 605
 quoslibet in saltus comitantibus agmina tauris
 inuito pastore trahit: sic uiribus impar
 tradidit Hesperiam, profugusque per Apula rura
 Brundisii tutas conscendit Magnus in arces.
 urbs est Dictaeis olim possessa colonis, 610
 quos profugos Creta uexere per aequora puppes
 Cecropiae uictum mentitis Thesea uclis.
 hac latus angustum iam se cogentis in arcum
 Hesperiae tenuem producit in aequora linguam
 Hadriacas flexis claudit quae cornibus undas. 615
 nec tamen hoc artis immissum faucibus aequor
 portus erat, si non uiolentos insula Cauros
 exciperet saxis lassasque refunderet undas.
 hinc illinc montes scopulosae rupis aperto

tantum pugnae discrimen; he refers to IX 656 *Phlegraeo stantes serpente gigantas*. Bentley cf. Tac. Hist. v 15 *cuius proclii euentus utrumque ducem ad maturandum summae rei discrimen erexit*.

601. *pulsus*] For the simile cf. Verg. G. III 210 foll. Weise also refers to Soph. O.T. 481 foll. *φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν ὕλαν ἀνὰ τ' ἄντρα καὶ πέτρας ἅτε ταῦρος μέλεος μελέω ποδὶ χηρεύων*.

603. *explorat*] 'tests the strength of'. cf. Verg. G. I 175 *et suspensa foci explorat robora iunius*.

604. *ceruice*] i.e. the strength of his neck. cf. note on I 609.

605. *excussi*] i.e. the muscles that stand out. cf. Verg. Aen. XII 7, 8 *gaudetque (leo) comantes excutiens ceruice toros*.

placueret] Oud. cf. Stat. Theb. II 326 *cum profugo placuere tori ceruixque recepto sanguine magna redit*.

606. *comitantibus...tauris*] i.e. accompanied by the other bulls whom he has reduced to subjection.

611. *Creta*] Weise cf. Strabo VI 6 (282).

612. *uictum*] 'with sails that falsely

told of the defeat of Theseus'. cf. Catull. LXIV 211 foll.

613. *hac latus*] 'here the side of Italy, where it begins to contract into a narrow bow, throws out a slender tongue of land into the waves', i.e. the southern part of Italy narrows and becomes bow-shaped, and from the eastern side there extends a peninsula which with the island mentioned below forms the harbour of Brundisium.

615. *claudit*] 'encloses', cf. I 421.

616. *immissum*] cf. Verg. G. II 163, 164 *Iulia qua ponto longe sonat unda refluxo*, (cf. infr. 618) *Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Auernis*.

617. *erat*] cf. Verg. G. II 132, 133 *et si non alium longe iactaret odorem laurus erat*.

618. *lassas*] This is the reading of Gro-tius for *laxas*, which is found in most MSS. Oud. cf. Ov. Heroid. IX 56 *qui lassas in se saepe retorquet aquas*. Weise following Sulpitius reads *lapsas*, sc. *adlapsas*.

619. *hinc illinc*] cf. Verg. Aen. I 162 foll. a passage which seems to have been in Lucan's mind when he wrote this passage.

opposuit natura mari flatusque remouit, 620
 ut tremulo starent contentae fune carinae.
 hinc late patet omne fretum, seu uela ferantur
 in portus, Corcyra, tuos, seu lacua petatur
 Illyris Ionias uergens Epidamnos in undas.
 huc fuga nautarum, cum totas Hadria uires 625
 mouit, et in nubes abiere Ceraunia, cumque
 spumoso Calaber perfunditur aequore Sason.

ergo ubi nulla fides rebus post terga relictis
 nec licet ad duros Martem conuertere Hiberos,
 cum mediae iaceant immensis tractibus Alpes: 630
 tum subole ex tanta natum cui firmior aetas
 adfatur: mundi iubeo temptare recessus:
 Euphratem Nilumque moue, quo nominis usque
 nostri fama uenit, quas est uolgata per urbes
 post me Roma ducem: sparsos per rura colonos 635
 redde mari Cilicas: Pharios hinc concute reges
 Tigranemque meum. nec Pharnacis arma relinquo
 admoneo nec tu populos utraque uagantis
 Armenia Pontique feras per litora gentes
 Ripaeasque manus, et quas tenet aequore denso 640

621. *ut tremulo*] *tremulo* and *starent* are the two emphatic words: the water in the harbour was so still that the ropes by which the ship was fastened remained slack and quivered at the slightest motion of the vessel, caused for instance by the crew moving about on deck, while at the same time the ship remained steady in its place.

tremulo] because slack.

contentae] i.e. they did not require the ropes, either the anchor's cable or ropes stretched from the shore, to be taut.

624. *Illyris*] Illyria is extended southwards so as to include Epirus.

626. *in nubes abiere*] 'are lost in clouds'. cf. IV 491 *in medium mors omnis abit*.

627. *Sason*] an island between Brundisium and the coast of Epirus. cf. Strabo VI 5 (c. 281) ἡντις μέση πῶς ἰδρυται τοῦ διαρματος τοῦ ἐκ τῆς Ἠπείρου πρὸς τὸ Βρεντέσιον. Sil. Ital. IX 469 *expauit sonitus tremefacto litore Sason*.

628. *rebus*] sc. his fortunes in Italy and Spain.

629. *conuertere*] 'to transfer the scene

of war'. cf. I 441 *tu quoque lactatus conuertere proelia Treuir*.

630. *mediae*] i.e. between him and them.

631. *tanta*] i.e. *nobilissima*. Weise. *cui firmior aetas*] i.e. simply 'the elder'. cf. Verg. Ecl. IV 37 *hinc ubi iam firmata uirum te fecerit aetas*.

634. *quas est*] 'the cities through which the name of Rome has been a household word since my command'.

635. *post me ducem*] cf. Cic. Phil. II § 97 *statuitur ne post M. Brutum proconsule sit Creta provincia*.

636. *Cilicas*] i.e. the pirates whom Pompeius had settled in various towns, cf. I 346.

637. *meum*] 'my client'. cf. I 314.

638. *nec tu*] 'nor yet': the emphasis is not really on the *tu* but on what follows it. cf. Hor. carm. I ix 15 *nec dulces amores sperne puer neque tu choreas*. Id. Epp. I ii 63 *hunc frenis hunc tu compesce catena*.

utraque] sc. the greater and lesser Armenia.

640. *denso*] 'frozen'.

pigra palus Scythici patiens Macotica plaustrī.
 sed quid plura moror? totos mea, nate, per ortus
 bella feres totoque urbes agitabis in orbe
 perdomitas: omnes redeant in castra triumphī.
 et uos, qui Latios signatis nomine fastos, 645
 primus in Epirum Boreas agat: inde per arua
 Graiorum Macetumque nouas adquirite uires,
 dum paci dat tempus hiemps. sic fatur et omnes
 iussa gerunt soluuntque cauas a litore puppes.

at numquam patiens pacis longaeque quietis 650
 armorum, ne quid fatis mutare liceret,
 adsequitur generique premit uestigia Caesar.
 sufficerent aliis primo tot moenia cursu
 rapta, tot oppressae depulsis hostibus arces,
 ipsa caput mundi bellorum maxima merces 655
 Roma capi facilis. sed Caesar in omnia praeceps,
 nil actum credens cum quid superesset agendum,
 instat atrox: et adhuc, quamuis possederit omnem
 Italiam, extremo sedeat quod litore Magnus
 communem tamen esse dolet: nec rursus aperto 660
 uolt hostes errare freto, sed molibus undas
 obstruit et latum deiectis rupibus aequor.
 cedit in immensum cassus labor: omnia pontus

641. *pigra*] 'sluggish'; for the account of the freezing of the Palus Maeotis cf. Herod. IV 28.

plaustrī] cf. Verg. G. III 361, 362 *undaeque iam tergo ferratos sustinet orbes, puppibus illa prius patulis nunc hospita plaustris*.

642. *sed quid plura moror?*] i.e. *sed quid te moror plura loquendo?* cf. Verg. Ecl. V 19 *sed tu desine plura*.

644. *triumphī*] i.e. *populi triumphati*. cf. Claudian. in Eutrop. I 221 *Pompeiani-que triumphī*.

645. *qui Latios*] sc. *uos consules*.

648. *paci*] i.e. for undisturbed operations.

hiemps] From this passage and also from 691, 692, on which see note, it appears that Lucan makes Pompeius leave Italy in the autumn, whereas from Cicero's letters it is clear that he really crossed the Adriatic in March. cf. Cic. ad Att. IX ii § 1, iii § 2.

651. *ne quid fatis*] 'to allow no time for the fates to make any change'. *liceret* is in the past tense, because it is dependent on the historic present *adsequitur*.

656. *capi facilis*] The supine is the more common construction with *facilis*, but cf. Tac. Hist. IV 39 *ne paratis quidem corrumpi facilis*. See also I 510.

in omnia praeceps] cf. the character of Caesar I 143 foll.

658. *adhuc*] to be taken with *sedeat*.

660. *communem*] 'grieves that he has to share it with him'.

rursus] 'on the contrary'. cf. Tac. Agric. 29 *quem casum neque ut plerique fortium uirorum ambitiose neque per lamenta rursus ac maerorem muliebriter tulit*.

663. *cedit in immensum*] εἰς ἀπειρον ποσάλειν. *cedit* is equivalent to *procedit*. Weise.

cassus] 'all in vain'.

haurit saxa uorax montesque immiscet harenis.
 ut maris Aegaei medias si celsus in undas 665
 depellatur Eryx, nullae tamen aequore rupes
 emineant, uel si conuolso uertice Gaurus
 decidat in fundum penitus stagnantis Auerni.
 ergo ubi nulla uado tenuit sua pondera moles,
 tum placuit caesis innectere uincula siluis 670
 roboraque immensis late religare catenis.
 tales fama canit tumidum super aequora Xerxem
 construxisse uias, multum cum pontibus ausus
 Europamque Asiae Sestonque admouit Abydo,
 incessitque fretum rapidi super Hellesponti, 675
 non Eurum Zephyrumque timens, cum uela ratesque
 in medium deferret Athon. sic ora profundum
 artantur casu nemorum: tunc aggere multo
 surgit opus longaeque tremunt super aequora tures.
 Pompeius tellure noua compressa profundum 680
 ora uidens curis animum mordacibus angit,
 ut reseret pelagus spargatque per aequora bellum.
 saepe Noto plenae tensisque rudentibus actae
 ipsa maris per claustra rates fastigia molis

666. *Eryx*] cf. Verg. Aen. XII 701
quantus Athos aut quantus Eryx. The
 difficulty here is that Eryx being in the
 west of Sicily is a long way from the Ae-
 gean sea: probably Eryx is put for any
 high mountain, the Aegean for any sea.
 cf. Verg. Ecl. x 59 *libet Partho torquere*
Cydonia cornu spicula. Id. G. III 343—
 345 *omnia secum armentarius Afer agit,*
tectumque laremque armaque Amyclaeum-
que canem Cressamque pharetram.

668. *in fundum penitus*] 'to the lowest
 depths'.

669. *ergo ubi*] 'accordingly when no
 mass could keep its weight upon the bot-
 tom', i.e. could retain its position how-
 ever heavy it was: for the use of *pondus*
 in the sense of equilibrium see Dr Munro's
 note on Aetna 324.

670. *caesis* &c.] i.e. to cut down the
 woods, and with the timber build ships
 and fasten them together to form a floating
 mass. cf. Caes. B. C. I 25.

672. *tumidum*] 'swollen with pride'.
 cf. V 233 *et tumidis infesta colit qua nu-*
mina Rhamnus.

674. *admouit*] 'brought nearer', sc.

by joining them by a bridge.

675. *super*] For the position of the
 preposition cf. Tac. Ann. III 72 *opes or-*
natum ad urbis et posterum gloriam con-
ferre, and Nipperdey's note.

676. *uela*] cf. Juv. x 173 *uelificatus*
Athos.

678. *casu nemorum*] i.e. caesis nemo-
 ribus.

679. *tremunt*] 'nod above the waves',
 i.e. being on board the ships they would
 shake with the movement of the ships.

682. *ut reseret*] dependent on *curis*,
 'with anxiety to open up the sea'.

spargatque] i.e. instead of concentrat-
 ing the war in Italy, cf. III 64 *bellaque*
Sardos etiam sparguntur in oras; Tac.
 Ann. III 21 *sed Tacfarinas percussis Nu-*
midis et obsidia aspernantibus spargit
bellum, ubi instaretur cedens, ac rursus
in terga remeans.

683. *rudentibus*] 'the sheets', 'the
 ropes of the sails', not as Weise takes it
 'towing lines', for Caesar's troops occu-
 pied the shore. cf. 698 *infr.*, III 44.

684. *maris per claustra*] 'the boom
 that barred them from the sea'. cf. Caes.

discussere salo spatiumque dedere carinis: 685
 tortaque per tenebras ualidis ballista lacertis
 multifidas iaculata faces. ut tempora tandem
 furtivae placuere fugae, ne litora clamor
 nauticus exagitet, neu bucina diuidat horas,
 neu tuba praemonitos perducatur ad aequora nautas, 690
 praecepit sociis. iam coeperat ultima Virgo
 Phoebum laturas ortu praecedere Chelas
 cum taciti soluere rates. non ancora uoces
 mouit dum spissis auellitur uncus harenis:
 dum iuga curuantur mali dumque ardua pinus 695
 erigitur pauidi classis siluere magistri:
 strictaque pendentes deducunt carbasa nautae,
 nec quatiunt ualidos, ne sibilet aura, rudentes.
 dux etiam uotis hoc te, Fortuna, precatur,
 quam retinere uetas liceat sibi perdere saltem 700

B. C. I 25 *longius progressus, cum agger altiore aqua contineri non posset, rates duplices, quoquoersus pedum triginta, e regione molis collocabat.*

fastigia molis] 'lashed down into the sea the towering mole' cf. Caes. B. C. I 26 *contra haec Pompeius naues magnas onerarias, quas in portu Brundisino deprenderat, adornabat. ibi turres cum ternis tabulatis erigebat easque multis tormentis et omni genere telorum completas ad opera Caesaris appellebat, ut rates perumperet atque opera disturbaret.*

685. *salo*] sc. in salum. Oud. cf. VI 362 *Ionio fluit inde mari.*

687. *multifidas*] cf. Ov. Met. VIII 644 *multifidasque faces ramaliaque arida tecto detulit.*

689. *bucina diuidat*] cf. Propert. v iv 63 *et iam quarta canit uenturam bucina lucem.* Liv. XXVI 15 *ut ad tertiam bucinam praesto essent.*

691. *iam coeperat*] 'the furthest stars in the Virgin were just beginning to precede in their rising the Scorpion's claws which would bring the sun with them', i.e. which would rise at the same time as the sun. For the following information I am indebted to Mr R. Pendlebury of St John's College. If the sun rises with Scorpio the time must be seven months after the vernal equinox, that is, one month after the autumnal equinox. The precession of the equinox since B.C. 49 would

not make a difference of more than two or three weeks. Hence it appears that Lucan wrongly makes Pompeius cross the Adriatic in the autumn. See note on 648 *supr.* He also apparently implies that Pompeius started at day-break, but cf. Caes. B. C. I 28 *Pompeius sub noctem naues soluit.*

692. *Chelas*] cf. Verg. G. I 33—35 *qua locus Erigonen inter Chelasque tormentis panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens Scorpions, et caeli iusta plus parte relinquit.*

693. *uoces*] sc. the Greek *ρύππαται*. cf. Aristoph. Ran. 1073.

694. *spissis*] 'clinging'.

695. *iuga*] i.e. the yards, *antennae*, in position like the beam of a balance. *iuga* used in connexion with a ship generally means the rowers' benches. cf. Verg. Aen. VI 411.

curuantur] 'are bent down', i.e. to have the sails fastened on them. See note on IV 38.

697. *pendentes*] 'hanging to the ropes'. Oud. cf. Sil. Ital. III 129 *pendentibus arbore nautis.*

deducunt] 'let down (i.e. unfurl) the tied up sails'. Oud. cf. Ov. Met. III 633. Val. Flacc. II 403 *iamne placet primo deducere uela sereno?*

700. *quam retinere*] 'to be allowed at least to lose (i.e. escape from) the Italy you forbid him to retain'.

Italiam. uix fata sinunt: nam murmure uasto
impulsum rostris sonuit mare, fluctuat unda,
totque carinarum permixtis aequora sulcis.

ergo hostes portis, quas omnes soluerat urbis
cum fato conuersa fides, murisque recepti, 705
praecipiti cursu flexi per cornua portus
ora petunt pelagusque dolent contingere classes.
heu pudor: exigua est fugiens uictoria Magnus.
angustus puppes mittebat in aequora limes
artior Euboica qua Chalcida uerberat unda. 710
hic haesere rates geminae classique paratas
exceperere manus: tractoque in litora bello
hic primum rubuit ciuili sanguine Nereus.
cetera classis abit summis spoliata carinis:
ut Pagasaea ratis peteret cum Phasidos undas 715
Cyaneas tellus emisit in aequora cautes;
rapta puppe minor subducta est montibus Argo,
uanaque percussit pontum Symplegas inanem
et statura redit. iam Phoebum urgere monebat
non idem Eoi color aetheris, albaque nondum 720
lux rubet et flammis propioribus eripit astris:
et iam Pleias hebet, flexi iam plaustra Bootae
in faciem puri redeunt languentia caeli,
maioresque latent stellae, calidumque refugit
Lucifer ipse diem. pelagus iam, Magne, tenebas 725

703. *suleis*] 'the mingling wakes of so many ships'.

704. *quas omnes*] 'all of which the citizens had thrown open, changing their allegiance with the turn of fortune'.

707. *ora*] i.e. the entrance of the harbour.

708. *fugiens Magnus*] is equivalent to *fuga Magni*. cf. *supr.* 490.

709. *mittebat*] 'allowed to pass'. cf. *Plin. Epp. VIII viii § 3 quas (naues) obuias quoque et contrario nisu in diuersa tendentes transmittit et perfert*.

710. *Euboica*] The Euripus was bridged over. cf. *Strabo IX 8 (c. 447)*.

712. *exceperere manus*] 'were grasped by the hooks (i.e. grapnels) prepared to stop the fleet'. cf. *III 635; Caes. B. C. I 57. tractoque in litora bello*] 'and the fighting being thus extended to the shore'.

714. *summis*] i.e. these two last ships.

717. *rapta puppe minor*] 'lessened by the loss of its stern'. cf. *Ap. Rhod. II 604 ἐμπης ἀφλάστοιο παρέθρισαν ἄκρα κόρυμβα*.

719. *et statura*] 'and returns to its place to remain for ever fixed'. cf. *Ap. Rhod. II 607 πέτραι δ' εἰς ἓνα χῶρον ἐπισχεδόν ἀλλήλησι νωλεμές ἐβρίζωθεν*.

urgere] 'was at hand'.

720. *non idem*] 'the changing hue of the eastern sky'.

721. *propioribus*] nearer to the sun, and so to the horizon, which would be the first to lose their brightness.

723. *in faciem* &c.] 'pale and vanish into the face of the heavens free from stars'. Compare the expression in Wordsworth's *Ode on the intimations of Immortality* 'fade into the light of common day'.

non ea fata ferens quae cum super aequora toto
 praedonem sequerere mari. lassata triumphis
 destituit Fortuna tuis. cum coniuge pulsus
 et natis totosque trahens in bella penates
 uadis adhuc ingens populis comitantibus exsul. 730
 quacritur indignae sedes longinqua ruinae.
 non quia te superi patrio priuare sepulchro
 maluerint Phariae busto damnantur harenae:
 parcitur Hesperiae; procul hoc ut in orbe remoto
 abscondat Fortuna nefas Romanaque tellus 735
 immaculata sui seructur sanguine Magni.

726. *super aequora*] means simply 'on ship-board'.

728. *destituit*] sc. *te*. Weise defends this construction, referring to v 302 *sic eat o superi, quando pictasque fidesque destituunt*. Liv. VII 25 *quando socialis exercitus desereret*; also the use of *arcere* supr. 495. Grotius reads *desciuit*, but this would require *a te*.

730. *exsul*] cf. Verg. Aen. III 11, 12 *feror exsul in altum cum sociis natoque*

penatibus et magnis dis.

731. *quacritur*] sc. a fatis. Weise.

732. *non quia*] 'tis not because the gods have chosen to rob thee of burial in thy native land, that the sands of Egypt are condemned to be thy tomb: 'tis in mercy to Italy'.

733. *busto*] dative. cf. Verg. Aen. IV 699 *Stygioque caput damnauerat Orco*.

734. *hoc*] to be taken with *nefas*.

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIAE
LIBER TERTIUS.

ARGUMENT OF BOOK III.

Julia appears in a vision to Pompeius on his voyage 1—45. Caesar sends forces to seize Sicily and Sardinia; he returns to Rome 45—98; feelings of the citizens on his approach 99—112. The tribune Metellus endeavours to prevent the opening of the treasury 113—142, but is induced by Cotta to give way 143—168. Catalogue of the allies of Pompeius 169—297. Caesar crosses the Alps: the citizens of Massilia refuse to admit his army within their walls 298—355. Caesar's answer 356—374: he commences the siege of the town 375—398. Description of the Druids' grove 399—425, cut down by Caesar 426—452. Caesar proceeds to Spain: unsuccessful attack on Massilia 453—496. Sally of the besieged 497—508. Arrival of D. Brutus with the Roman fleet: naval battle, and victory of Brutus 509—762.

Propulit ut classem uelis cedentibus Auster
incumbens mediumque rates mouere profundum
omnis in Ionios spectabat nauita fluctus:
solus ab Hesperia non flexit lumina terra
Magnus, dum patrios portus, dum litora numquam 5
ad uisus reditura suos, tectumque cacumen
nubibus, et dubios cernit uanescere montes.
inde soporifero cesserunt languida somno
membra ducis. diri tum plena horroris imago

1. *uelis cedentibus*] 'the sails which give way before it', i.e. as the ship sails before the wind: on the other hand when the sails are taken aback they are said *redire*, for which Oud. cf. Val. Flacc. II 13 *flumineo cuius redeuntia uento uela legunt*.

2. *mouere*] This, which is the reading of most MSS., is retained by Weise: Oud. reads *tenuere*.

7. *dubios*] 'the mountains melting

away in the haze'. cf. Verg. Aen. III 522 *cum procul obscuros montes humilemque uidemus Italiam*, where the Trojans catch their first glimpse of Italy.

8. *soporifero*] Probably a customary epithet like the *mare nauigerum* &c. of Lucretius. Bentley, in order to avoid the tautology, would write *Somno* with a capital, i.e. the god of sleep.

9. *imago*] in apposition with *Julia*.

uisa caput maestum per hiantis Iulia terras 10
 tollere et accenso furialis stare sepulchro.
 sedibus Elysiis campoque expulsa piorum
 ad Stygias, inquit, tenebras manesque nocentis
 post bellum ciuile trahor. uidi ipsa tenentis
 Eumenidas quaterent quas uestris lampadas armis: 15
 praeparat innumeras puppes Acherontis adusti
 portitor: in multas laxantur Tartara poenas.
 uix operi cunctae dextra properante sorores
 sufficiunt: lassant rumpentis stamina Parcae.
 coniuge me laetos duxisti, Magne, triumphos: 20
 fortuna est mutata toris: semperque potentis
 detrudere in cladem fato damnata maritos
 innupsit tepido paelix Cornelia busto.

10. *per hiantis*] i.e. Pompeius sees the shade of Julia rise through an opening in the ground at the spot where she was burnt on the funeral pile: so in I 580 the shade of Sulla rises in the Campus.

11. *accenso*] 'and take her stand in fury-guise at her kindled funeral pile', i.e. she is probably intended to be represented as appearing with the marks of the fire upon her. cf. Propert. v vii 7—9, where the shade of Cynthia appears, *eosdem habuit secum quibus est elata capillos, eosdem oculos; lateri uestis adusta fuit, et solitum digito beryllon adederat ignis*.

furialis] nam et minatur in sequentibus se eum persecuturam ubicunque sit futurus. Weise.

12. *expulsa*] according to Weise, not driven away by the good as polluted, but *excita quasi per furias*, at the outbreak of civil war, and seeking the Eumenides of her own accord to obtain permission to haunt Pompeius: this however seems an unnecessary refinement, and it is doubtful whether *expulsa* could bear this meaning. In Suet. Calig. I *priusquam honorem iniret ad componendum Orientis statum expulsus*, the word implies that the mission of Germanicus was really intended as banishment by Tiberius.

14. *post bellum ciuile*] cf. note on II 635.

tenentis] 'holding torches to brandish'. For the order cf. note on I 14.

16. *innumeras*] cf. Petron. 121 *uix nata Porthmeus sufficit simulacra uirum transducere cumba; classe opus est*.

17. *laxantur*] 'are being enlarged'.

cf. Isaiah v. 14 'Therefore hell hath enlarged herself and opened her mouth without measure'. Oud. cf. Sen. Herc. Fur. 677, 678 *hinc ampla uacuis spatia laxantur locis, in quae omne mersum pereat humanum genus*.

18. *operi*] sc. *stamina rumpendi*. *cunctae*] sc. all three, cf. note on *turba* I 86. So in Verg. Aen. II 589, 599 *quos omnes undique Graiae circumerrant acies, omnes*, if accusative, as is probable, refers to the three persons mentioned before, viz. Achises, Ascanius and Creusa.

19. *lassant*] 'the threads weary the Parcae as they snap them'. Oud. cf. Sen. Herc. Oet. 566, 567 *prolata uis est quaeque Palladia colu lassauit omnem texta familiarum manum*.

20. *laetos*] i.e. because over foreign enemies.

21. *toris*] i.e. *mutatis*.

22. *fato damnata*] i.e. because she had before been the wife of the younger Crassus, killed at Carrae.

23. *innupsit*] It is difficult to see what meaning can be attached to the expression *innubere busto*: the natural sense would be 'to pass by marriage into the tomb': but Cornelia cannot in any way be said to have done so. Bentley conjectures *lecto*, comparing Ov. Met. VII 852—856 *per nostri foedera lecti...ne thalamis Auram patiāre innubere nostris*. Quintil. Declam. 338 *in torum adhuc prioris uxoris uestigio calentem adducta est noua nupta*. Weise with most of the earlier editions reads *enupsit*, from the MSS. *enupsit*. It is however perhaps possible that *innupsit* may

haereat illa tuis per bella per aquora signis,
 dum non securos liceat mihi rumpere somnos, 25
 et nullum uestro uacuom sit tempus amori,
 sed teneat Caesarque dies et Iulia noctes.
 me non Lethaeae, coniunx, obliuia ripae
 immemorem fecere tui, regesque silentum
 permisere sequi. ueniam te bella gerente 30
 in medias acies. numquam tibi, Magne, per umbras
 perque meos manes generum non esse licebit.
 abscidis frustra ferro tua pignora: bellum
 te faciet ciuile meum. sic fata, refugit
 umbra per amplexus trepidi dilapsa mariti. 35
 ille, dei quamuis cladem manesque minentur,
 maior in arma ruit certa cum mente malorum.
 et, quid, ait, uani trememur imagine uisus?
 aut nihil est sensus animis a morte relictum,
 aut mors ipsa nihil. Titan iam pronus in undas 40

merely mean 'has married into the family', i.e. of Pompeius, *tepido busto* being ablative absolute.

tepido] Bentley cf. Mart. v xxxvii 14 *adhuc recenti tepet Erotion busto*. The scholiasts' explanation is *adhuc* recenti, siue Crassi, siue meo, quod maioris inuidiae est: the latter alternative is doubtless right, otherwise there would be no force in the word *paex*, i.e. 'my rival', cf. VIII 104. 'has married my husband ere my funeral pile is cold'. The real interval between the death of Julia and the marriage of Pompeius with Cornelia was two years.

24. *haereat*] 'let her accompany thy standards'. cf. Plin. Epp. vii xxvii § 2 *tenuis adhuc et obscurus obtinenti Africam comes haerelat*.

25. *non securos*] proleptic, 'and make it not untroubled'.

26. *uacuom*] 'free for the enjoyment of your love'.

27. *sed teneat*] 'but Caesar haunt your thoughts all day, Julia all the night'.

31. *numquam*] 'the shades and my spirit will never suffer thee to forget thou art his son-in-law'.

33. *tua pignora*] 'thy connexion'. cf. note on II 349.

35. *trepidi*] 'eager', i.e. to embrace her, Weise; but it may here very well mean 'shuddering': for the fear of Pom-

peius would not necessarily prevent him from trying to embrace Julia's shade.

dilapsa] Cf. Hom. Od. xi 206—208, Verg. Aen. vi 700—702. Milton Sonnet xviii But O as to embrace me she inclined, I waked, she fled, and day brought back my night.

36. *dei quamuis*] 'although gods and shades threaten him with ruin'. Weise says that *manes* is accusative and is equivalent to *mortem*: but I can find no similar use of the word, and there is no difficulty in taking the passage as translated above: *manes* refers to the ghost of Julia, *dei* to the *reges silentum* who have allowed her to return to haunt Pompeius.

37. *maior*] 'with higher spirit'. *certa*] 'though well assured of misfortune'. cf. II 524.

39. *a morte*] 'by means of death', ἐκ θανάτου, cf. note on II 86; not 'after death', which would require some qualifying word such as *recens*; cf. Cic. N. D. III § 11.

40. *aut mors*] cf. Plat. Apol. Socr. 40C. *δυσὸν γὰρ θάτερον ἐστὶ τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ ὅλον μηδὲν εἶναι μηδ' αἰσθησὶν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶτα, ἢ κατὰ τὰ λεγόμενα μεταβολὴν τις τυγχάνει οὔσα καὶ μετακίσεις τῇ ψυχῇ τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον*. Oud. cf. Sen. Troad. 406 *post mortem nihil est, ipsaque mors nihil*.

ibat, et igniferi tantum demerserat orbis
quantum deesse solet lunae seu plena futura est
seu iam plena fuit: tunc obtulit hospita tellus
puppibus accessus faciles: legere rudentes
et posito remis petierunt litora malo.

45

Caesar ut emissas uenti rapuere carinas,
absconditque fretum classes, et litore solus
dux stetit Hesperio, non illum gloria pulsi
laetificat Magni: queritur quod tuta per aequor
terga ferant hostes. neque enim iam sufficit ulla 50
praecipiti fortuna uiro: nec uincere tanti
ut bellum differret erat. tum pectore curas
expulit armorum pacique intentus agebat,
quoque modo uanos populi conciret amores,
gnarus et irarum causas et summa fauoris 55
annona momenta trahi. namque adserit urbes
sola fames, emiturque metus cum segne potentes
uolgus alunt: nescit plebes ieiuna timere.
Curio Sicanias transcendere iussus in urbes,
qua mare tellurem subitis aut obruit undis 60
aut scidit et medias fecit sibi litora terras.
uis illic ingens pelagi semperque laborant
aequora ne rupti repetant confinia montes:

60

42. *seu plena*] sc. immediately before or after full moon.

43. *hospita*] 'foreign'. cf. Verg. Aen. III 539 *bellum o terra hospita portas*.

44. *legere rudentes*] 'they gathered in (i.e. coiled) the sheets'. cf. Val. Flacc. I 314 *prora funem legit Argus ab alta*, where it is preparatory to setting sail.

46. *Caesar*] The sentence begins as if *non gaudet* were to follow, for which *non illum gloria—laetificat* is afterwards substituted.

47. *abscondit*] cf. the use of *abscondere* in Verg. Aen. III 291 *protinus acrias Phaeacum abscondimus arces*.

48. *non illum*] cf. Verg. Aen. I 3 and Conington's note.

51. *nec uincere tanti*] 'nor was it worth while in his eyes to conquer only to put off the war', i.e. unless he could follow up his victory and finish the war at one stroke.

53. *agebat*] 'bore himself': for *agere* used absolutely cf. Tac. Ann. III 19 *apud illos homines qui tunc agebant*.

54. *quoque modo*] sc. *intentusque quo modo*.

56. *momenta trahi*] A metaphor from the scales; 'the balance of popularity is turned by the price of corn'.

adserit] 'wins over'.

57. *emiturque metus*] 'and respect is bought when chieftains support the mob in idleness'.

58. *nescit*] cf. infr. 152. Oud. cf. Sen. dial. XVII § 5 *cum uentre tibi humano negotium est: nec rationem patitur nec aequitate mitigatur nec ulla prece flectitur populus esuriens*.

61. *aut scidit*] Compare Waller's Ode to the Protector "Whether this portion of the world were rent, By the rude Ocean from the continent, Or thus created, it was sure designed To be the sacred refuge of mankind".

medias] 'intervening', i.e. the land which once joined Italy to Sicily. cf. Tac. Ann. VI 23 (29) *medio triennio*.

63. *ne rupti*] 'to prevent the cleft

bellaque Sardoas etiam sparguntur in oras.
 utraque frugiferis est insula nobilis aruis, 65
 nec plus Hesperiam longinquis messibus ullae
 nec Romana magis complerunt horrea terrae:
 ubere uix glaebae superat cessantibus Austris
 cum medium nubes Borea cogente sub axem
 effusis magnum Libye tulit imbribus annum. 70

haec ubi sunt prouisa duci tunc agmina uictor
 non armata trahens sed pacis habentia uoltum
 tecta petit patriae. pro si remeasset in urbem
 Gallorum tantum populis Arctoque subacta,
 quam seriem rerum longa praemittere pompa, 75
 quas potuit belli facies; ut uincula Rheno
 oceanoque daret; celsos ut Gallia currus
 nobilis et flauis sequeretur mixta Britannis.
 perdidit o qualem uincendo plura triumphum.
 non illum laetis uadentem coetibus urbes 80
 sed tacitae uidere metu. non constitit usquam
 obuia turba duci. gaudet tamen esse timori
 tam magno populis et se non mallet amari.

iamque et praecipites superauerat Anxuris arces,

mountains from recovering their ancient bounds'. See note on II 435.

64. *bella*] cf. note on II 682.

66. *nec plus*] 'nor have any lands filled Italy more full with distant harvests, nor any more than they filled the garners of Rome'. The distinction between *plus* and *magis* is that *plus complerunt* means 'filled fuller', *magis complerunt* means 'filled rather than these'.

longinquis] sc. imported from abroad.

68. *ubere uix*, &c.] 'scarce does Libya surpass them in fruitfulness of soil, when the south winds are lulled, and, as the north wind drives the clouds towards the regions of the south, showers pour down, and she bears a mighty harvest', i.e. only in exceptional years when more rain falls than is usually the case because the north wind blows instead of the south.

70. *Libye*] For the fruitfulness of Africa cf. Hor. *carm.* I i 10 *quicquid de Libycis uerritur areis*.

annum] cf. *infr.* 452. Oud. cf. Stat. *Silu.* III 21, 22 *terris prima Dicaearchis Pharium grauis intulit annum*. Compare also the use of *autumnus* for fruit Ov.

Met. IX 91, 92 *totumque tulit praediuite cornu autumnum et mensas, felicia poma, secundas*.

73. *patriae*] i.e. the city of Rome: for this particular use of *patria* compare note on II 574; add Tac. *Ann.* IV 58 *neque enim tam incredibilem casum prouidebant ut undecim per annos libens patria careret*.

76. *potuit*] cf. note on II 617. *facies*] triumphantibus enim mos erat ut picta flumina et prouincias quas uicissent ante currum praeferrent in tabula. Schol. cf. Ov. ex Ponto III iv 105—108 *oppida turritis cingantur eburnea muris; fictaque res nero more putetur agi: squalidus immisso fracta sub harundine crines Rhenus et infectas sanguine portet aquas*. Plin. H.N. v § 36.

77. *daret*] sc. he would have been represented as enchaining the Rhine and the Ocean.

79. *perdidit*] sc. because he could not triumph for victory in civil war. cf. note on I 12.

84. *superauerat*] 'had passed'. cf. Verg. *Ecl.* VIII 6 *seu magni superas iam saxa Timani*.

et qui Pergamam nos duxit ubi pariter
que sublimis vestra Syntaxis que regis Duxat
quaque hic est Latini ac summae factibus Alban
cunctis de rege potest non persequi utrum
Autem vero nos usque tempore belli
interprete sua. ut datus incerta duxat
nos dedit sedes non ubi Manti coact
deservit ubi? pro qua pugnamus ubi?
et melius quod non Latas Ebor in nos
sunt forte incidunt nec iuncti barbare velox
Pannico Duxque Getas admittens. habent
tam pariter ubi Roma duxit Partem peperit
quod bellum unde fin. ut factum et utrum
admittens tenet subit. namque ignibus nos
creditor ut capiat repertus cunctis Romae
sparsurusque deos. fin. haec memora cunctis
vult potest quaecumque potest. non cunctis finit
nos datus laet vocis sublimis cunctis
vult cunctis cunctis. Phoebea palam cunctis
tanta Partem unde regendi nos cunctis
et laetis cunctis suis. non cunctis cunctis
cunctis sedes. non cunctis laet potestas

The above was written by Mr. J. H. Smith, who was
born in 1807, and died in 1860.

[illegible]

IN THE YEAR 1811

[Faint, illegible handwriting]

The 1st of Jan 1880

1990

JOHN S. HARRIS

Figure 1: Schematic representation of the experimental design. The diagram illustrates the process from gene selection to protein characterization. It starts with the selection of a specific gene (e.g., HLA-B*07:02), followed by PCR amplification, cloning into a vector, transformation of E. coli cells, selection of recombinant clones, and purification of the recombinant plasmid. The plasmid is then transcribed into mRNA, which is translated in a cell-free system. The resulting protein is purified and characterized by mass spectrometry.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
CHICAGO, ILL.
JAN 10 1900

III.

1. The first part of the document is a list of names and titles, including "The Hon. Mr. Justice" and "The Hon. Mr. Justice".

The following information was obtained from the records of the Bureau of Census, Department of Commerce, Washington, D.C., regarding the number of persons who have been granted citizenship since January 1, 1900:

THE UNITED STATES DEPARTMENT OF THE INTERIOR
BUREAU OF LAND MANAGEMENT
WASHINGTON, D. C. 20246

[Faint, illegible handwritten notes]

[Faint, illegible handwritten notes]

Page 2 of 2

praetor adest: uacuaeque loco cessere curules.
omnia Caesar erat. priuatae curia uocis
testis adest. sedere Patres censere parati,
si regnum, si templa sibi, iugulumque senatus 110
exsiliumque petat. melius quod plura iubere
erubuit quam Roma pati. tamen exit in iram
uiribus an possent obsistere iura per unum
libertas experta uirum: pugnaxque Metellus
ut uidet ingenti Saturnia templa reuelli 115
mole, rapit gressus, et Caesaris agmina rumpens
ante fores nondum reseratae constitit acdis.
usque adeo solus ferrum mortemque timere
auri nescit amor. pereunt discrimine nullo
amissae leges: sed pars uilissima rerum 120
certamen mouistis opes: prohibensque rapina
uictorem clara testatur uoce tribunus:
non nisi per nostrum uobis percussa patebunt
templa latus nullasque feres nisi sanguine sacro
sparsas, raptor, opes. certe uiolata potestas 125
inuenit ista deos: Crassumque in bella secutae
sacua tribuniciae uouerunt proelia dirae.

107. *loco cessere*] 'were removed from their place as there was none to fill them'.

109 *testis*] auscultator tantum, non consultor. Weise.

111. *melius*] sc. actum est.

112. *erubuit*] For the infinitive after *erubescere* cf. Tac. Ann. vi 23 (29) *consultusque Caesar an sepeliri sineret non erubuit permittere*.

tamen exit in iram] i.e. though all others yielded, 'still Freedom, trying by one man's means whether right could resist might, ends by causing a dispute'. cf. Plin. H. N. vii § 79 *exit hic animi tenor aliquando in rigorem quemdam toruitatemque naturae*. For the tense of *possent* cf. note on ii 651.

115. *Saturnia templa*] cf. Appian B. C. ii 41.

116. *mole*] 'exertion', 'effort', cf. Verg. Aen. i 37 *tantae molis erat Romanam condere gentem*; Liv. xxv 11 § 12 *plaus-tris transueham naues haud magna mole*.

119. *auri nescit amor*] cf. Verg. Aen. iii 56 *quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames?*

discrimine nullo] 'indiscriminately' cf.

Verg. Aen. i 578 *Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur*: or it might be taken as 'with no danger', i.e. no one runs the risk of fighting for law.

123. *non nisi*] 'the temple shall not be opened for you unless the blows have first pierced my side'.

124. *sanguine sacro*] sc. *tribunicio*.

126. *inuenit—deos*] 'finds gods to avenge it'.

ista] i.e. this of mine. cf. v 351.

127. *sacua*] 'the tribune's curses called down on him disaster in battle'. cf. Florus, i 46 § 3 *tribunus plebi Ateius exeuntem ducent hostilibus diris deuouerat*. I cannot find any exact parallel to this use of *uouere*, but compare Hor. Ep. i iv 8 *quid uoueat dulci nutricula matris alumnus?* Ov. Met. xi 128 *quac modo uouerat odit*, Id. Met. xiii 88, 89 *sortemque meam uouistis, Achiui, et uestrae ualuerunt preces*. In the passage quoted by Oud. from Statius the meaning is different. Grotius with some MSS. reads *uouerunt*; Oud. says that *mouerunt* is found in two MSS. and in support of it he quotes Hor. carm. i xv 10 *quanta moues funera Dardanae genti*.

de-tege iam fer-ru-m : ne-que eni-m ti-bi tur-ba ue-ren-da est
spec-ta-trix scel-e-rum : des-er-ta sta-mus in ur-be.

non fe-ret e no-stro scel-e-ratus prae-mia mi-les : 130

sunt quos pro-sternas po-pu-li, quae moe-nia dones :

pa-cis ad ex-haus-tae spo-lium non co-git e-ge-stas :

bellum, Caesar, ha-bes. his ma-gnam ui-ctor in ira-m

uo-cibus ac-cen-sus : ua-nam spem mor-tis ho-nestae

con-cipis : haud, in-quit, iugulo se pol-luct isto 135

nostra, Me-telle, ma-nus. di-gnum te Caesaris ira

nu-llus ho-nos fa-ciet. te ui-n-dice tu-ta re-li-c-ta est

li-ber-tas ? non us-que adeo per-miscuit im-is

longus sum-ma dies, ut non, si uoce Me-telli

se-ruen-tur le-ges, ma-lint a Caesare tol-li. 140

dix-erat, et non-dum fo-ri-bus ce-dente tri-bu-no

ac-ri-or ira sub-it : sae-uos cir-cum-spici-t en-ses

ob-li-tus si-mu-lare to-gam. tum Cot-ta Me-tellum

com-pul-it au-da-ci ni-mium de-sistere coepto.

li-ber-tas, in-quit, po-pu-li quem re-gna coe-r-cent 145

li-ber-tate pe-rit ; cuius se-ru-aue-ris um-bram,

si quid-quid iu-be-are ue-lis. tot re-bus in-i-qui-s

pa-ru-imus ui-cti : ue-nia est haec so-la pu-doris

129. *deserta*] i.e. and so there is no
one to hinder you from killing me.

130. *e nostro*] 'from our treasury'.

131. *sunt quos*] 'there are other nations
for you to overthrow, other walls for you
to give to your soldiers'. cf. note on 1 82.

132. *pacis*] 'poverty does not compel
you to drain peace (i.e. the state now free
from foreign war) for spoil'. *exhaustae* is
proleptic i.e. *ita ut exhausta fiat*. Weise
cf. 11 342 *da foedera prisca illibata tori*. For
pax used for what is in a state of peace cf.
Stat. Theb. vii 86, 87 *ut si quando ruit
debellatasque reliquit Eurus aquas, pax
ipsa tumet*.

133. *bellum*] 'you have war before you
Caesar' i.e. as a means of recruiting your
finances.

137. *nullus honos*] i.e. not even the
Fribunate.

te uindice] 'think you freedom is left
behind in safety under your protection?'

138. *permiscuit*] cf. note on 1 271.
Vell. Pat. 11 § 2 (*Tiberius Gracchus*)
*summa iuris miscuit et in praeruptum
utque anceps periculum adduxit rem
publicam*.

139. *ut non*] 'but that the laws, if
preserved by Metellus' voice, would
rather be destroyed by Caesar'.

142. *circumspicit*] 'he looks round
for'. cf. Plin. Epp. iii iii § 3 *iam circum-*
spiciendus rhetor Latinus.

143. *togam*] cf. supr. 73.

145. *libertas*] 'the freedom of a peo-
ple bound down by tyranny perishes by
freedom' i.e. by the assertion of it, i.e. *διὰ
παρρησίας*. Oud. cf. Sen. dial. ix v § 3
(*Socrates*) *qui tuto insultauerat agmini
tyrannorum ciuis, eius libertatem libertas
non tulit*. cf. also Ov. Heroid. xv 67,
68 *me quoque, quod monui bene multa
fideliter, odit: hoc mihi libertas hoc pia
lingua dedit*.

146. *cuius*] 'but you will preserve its
shadow, if, whate'er you are bidden, that
you wish to do'.

148. *paruimus*] 'we have submitted
to'. cf. Caes. B. C. iii 81 *nulla
Thessaliae fuit ciuitas praeter Larissaeos
quin Caesari pareret*.

uenia] 'this is the sole excuse for our
shame and our ignoble fear that nothing
could now have been refused him'.

degenerisque metus nil iam potuisse negari.
ocius auertat diri mala semina belli. 150
damna mouent populos, si quos sua iura tuentur.
non sibi sed domino grauis est quae seruit egestas.
protinus abducto patuerunt templa Metello.
tum rupes Tarpeia sonat magnoque reclusas
testatur stridore fores: tum conditus imo 155
eruitur templo multis intactus ab annis
Romani census populi, quem Punica bella,
quem dederat Perses, quem uicti praeda Philippi:
quod tibi, Roma, fuga Pyrrhus trepidante reliquit,
quo te Fabricius regi non uendidit auro, 160
quidquid parcorum mores seruastis auorum,
quod dites Asiae populi misere tributum,
uictorique dedit Minoia Creta Metello,
quod Cato longinqua uexit super aequora Cypro.
tunc Orientis opes captorumque ultima regum 165
quae Pompeianis praelata est gaza triumphis
egeritur: tristi spoliantur templa rapina;
pauperiorque fuit tum primum Caesare Roma.
interea totum Magni fortuna per orbem
secum casuras in proelia mouerat urbes. 170
proxima uicino uires dat Graecia bello.
Phocaicas Amphissa manus scopulosaque Cyrrha,

pudoris] i.e. *dedecoris pudorem afferentis*.
cf. Ov. Heroid. xi 79 *irruit et nostrum uolgat clamore pudorem*.

150. *auertat]* 'let him sweep away'.
cf. Hor. Sat. ii iv 37 *nec satis est cara pisces auertere mensa*. Stat. Theb. iv 648 *Sidonias auertere praedas*.

semina belli] cf. Ov. Met. i 140 *effodiuntur opes irritamenta malorum*. Tac. Hist. iv 74 *sed uobis maximum discrimen penes quos aurum et opes praecipuae bellorum causae*.

151. *damna]* 'losses stir the wrath of nations protected by laws of their own passing; the poverty of slaves is dangerous not to themselves but to their master'.

156. *ab annis]* cf. note on 399 *infr*.

157. *census]* 'the property'. cf. Hor. carm. ii xv 13 *priuatus illis census erat brevis, commune magnum*. Ov. Fast. i

217 *nunc est in pretio pretium, dat census honores, census amicitias*.

160. *quo te]* i.e. the gold which having been refused by Fabricius, remained in the possession of Pyrrhus and together with his other spoils passed into the Roman treasury after his defeat by Manius Curius. For the attraction Oud. cf. vi 663 *et quibus os dirum nascentibus inspuat herbis*.

161. *seruastis]* For the sudden change of person, cf. *infr*. 281. Verg. Aen. vii 284 *quos diues Anagnia pascit, quos Amasene pater*.

164. *Cato]* See Plutarch's life of Cato chapter 45.

165. *ultima]* 'from the ends of the earth'. cf. i 314

168. *pauperior]* Weise thinks that this is a reference to Caesar's former debts.

170. *secum]* sc. *cum ipsa fortuna*.

Parnasusque iugo misit desertus utroque.
 Boeoti coiere duces, quos impiger ambit
 fatidica Cephisos aqua, Cadmeaque Dirce, 175
 Pisacaeque manus, populisque per aequora mittens
 Sicaniis Alpheos aquas. tum Maenala liquit
 Arcas et Herculeam miles Trachinius Oeten.
 Thesproti Dryopesque ruunt, quercusque silentis
 Chaonio ueteres liquerunt uertice Selloe. 180
 exhaustit totas quamuis delectus Athenas
 exiguae Phoebea tenent naualia puppes
 tresque petunt ueram credi Salamina carinae.
 iam dilecta Ioui centenis uenit in arma
 Creta uctus populis, Gnososque agitare pharetras 185
 docta nec Eois peior Gortyna sagittis;
 tum qui Dardanium tenet Oricon, et uagus altis
 dispersus siluis Athamas, et nomine prisco
 Encheliae uersi testantes funera Cadmi,
 Colchis et Hadriacas spumans Absyrtis in undas, 190

173. *utroque*] cf. Soph. Ant. 1126 σὲ δ' ὕπερ διλόφου πέτρας στέροψ ὅπως λεγνός. Pers. prol. 2 *neque in bicipiti somniasse Parnaso memini.*

175. *fatidica*] cf. Ov. Met. 1 369 foll.

176. *per aequora*] cf. Verg. Ecl. x 4, 5 *sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos Doris amara suam non intermiscat undam.*

180. *Selloe*] cf. Hom. Il. xvi 234.

181. *exhausti*] 'although the levy drained all the strength of Athens, but a few vessels are found to occupy the dockyard of Phoebus, and three ships seek to gain credit for the tale of Salamis', i.e. although Athens sent all her naval forces, these only amount to three ships, i.e. in all probability the three state galleys Salaminia, Paralus and Theoris. Weise appears to think that what is meant is that three ships still remained in the harbour of Athens after the rest had joined Pompeius, but this would imply that the naval forces of Athens were large at this time, whereas a contrast is evidently intended between their present condition and their condition at the time of the Persian wars. If the reading *Phoebea* is genuine it is difficult to say what is referred to: Hortensius says, without giving his authority, that the dockyard of Piraeus was consecrated to Apollo: Grotius conjectures *Piraea*. Gronovius

thinks that the harbour of Actium is referred to, as the mustering place of Pompeius' naval forces, taking *tenent* as 'arrive at': but this appears to be unsatisfactory.

184. *dilecta Ioui*] i.e. because according to the legend he was brought up in Crete. cf. Verg. G. iv 149—152.

186. *Eois*] For Eastern archery cf. Verg. G. ii 125 *et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.*

187. *Dardanium*] because founded by Helenus.

189. *Encheliae*] 'the Encheliae who by their ancient name bear witness to the death of transformed Cadmus', i.e. Cadmus before his death was transformed into a serpent (cf. Eur. Bacch. 1331 foll. Ov. Met. iv 562 foll.) and the name Encheliae is derived from ἐχελύς which means an eel, which was regarded as a kind of serpent, cf. Juv. v 103 *uos anguilla manet longae cognata colubrae.*

190. *Absyrtis*] Apparently a river in Illyria, called Colchian because from its name supposed to be the scene of the murder of Absyrtus by his sister Medea, which was generally said to have taken place at Tomi on the Euxine; see Ov. Trist. iii ix. Some islands named Absyrtides, off the Illyrian coast, are mentioned by Pliny II. N. iii § 151.

et Penei qui rura colunt, quorumque labore
 Thessalus Haemoniam uomer proscindit Iolcon.
 inde lacessitum primo mare, cum rudis Argo
 miscuit ignotas temerato litore gentes,
 primaque cum uentis pelagique furentibus undis 195
 composuit mortale genus, fatisque per illam
 accessit mors una ratem. tum linquitur Haemus
 Thraecius et populum Phloe mentita biformem.
 deseritur Strymon tepido committere Nilo
 Bistonias consuetus aues, et barbara Cone 200
 Sarmaticas ubi perdit aquas sparsamque profundo
 multifidi Peucen unum caput adluit Histri:
 Mysiaque, et gelido tellus perfusa Caico
 Idalis, et nimium glaebris exilis Arisbe.
 quique colunt Pitanen, et quae tua munera, Pallas,
 lugent damnatae Phoebo uictore Celaenae: 206

193. *inde*] 'from that port the sea was first assailed'; cf. Catull. LXIV 11 *illa (Argo) rudem cursu prima imbuat Amphitritem*.

194. *ignotas*] sc. inter se.
temerato] This probably refers to the notion that there is something unlawful in crossing the sea for purposes of commerce, cf. Hor. *carm.* I iii 21—24 *nequicquam deus absceidit prudens oceano dissociabili terras, si tamen impiae non tangenda rates transiliunt uada*. Oud. cf. Val. Flacc. I 800—802 *classesque et Pontica signa atque indignatos temerato litore reges mente agites*.

196. *composuit*] 'matched against'; especially used of gladiators, cf. Hor. *Sat.* I vii 19 *Rupili et Persi par pugnat uti non compositum melius cum Bitho Bacchius*. Sen. *dial.* I ii § 9 *ecce par deo dignum, uir fortis cum fortuna mala compositus*.

197. *mors una*] 'one new form of death'. cf. Propert. IV vii 29, 30 *ite rates curuas et leti textile causas; ista per humanas mors uenit acta manus*.

198. *mentita*] 'the feigned possessor of'. cf. Vel. Pat. II iv § 1 *mentitus regiae stirpis originem*. Mart. XI lii 13 *mentiar ut uenias pisces conchylia sumen et cortis saturas atque paludis aues*.

199. *committere*] 'to consign to the warm Nile', i.e. to be taken care of during the winter. cf. Verg. *G.* I 120

Strymoniaeque grues. Aristoph. *Aves* 710 *σπείρειν μὲν ὅταν γέρανος κρῶζουσ' ἐς τὴν Λιβυὴν μεταχωρῇ*.

200. *Cone*] unknown.

201. *Sarmaticas*] 'loses in the sea the waters that flow from Sarmatia'. cf. notes on I 106, II 402.

sparsamque] 'and one mouth of much-cleft Hister bathes Peuce besprinkled by the sea'. According to Strabo VII 15 (305) Peuce is a large island lying in the southernmost mouth of the Hister at a distance of 120 stadia from the sea; Lucan apparently means that the salt water runs up as far as Peuce.

202. *caput*] more often used of the source of a river, but cf. note on II 54. Liv. XXXII 41 and Orelli's note on Hor. *Sat.* I x 37.

204. *exilis*] cf. Cic. *de leg. agrar.* II § 67 *quod solum tam exile et macrum est, quod aratro praestringi non possit?*

Arisbe] a town in the Troad, cf. Plin. H. N. v § 121.

205. *tua munera*] Weise says that this refers to the story that Marsyas picked up the flute which had been invented and thrown away by Pallas, and then challenged Apollo to a musical contest; cf. Ov. *Fast.* VI 693—710; Oudendorp that it refers to the olive trees which Pallas withered up because the people of Celaenae took the side of Apollo in a contest with her. cf. Verg. *G.* I 18.

qua celer et ripis descendens Marsya rectis
 errantem Maeandron adit mixtusque refertur:
 passaue ab auriferis tellus exire metallis
 Pactolon: qua culta secat non uilior Hermus. 210
 Iliacae quoque signa manus perituraque castra
 ominibus petiere suis: nec fabula Troiae
 continuit Phrygiiue ferens se Caesar Iuli.
 accedunt Syriae populi, desertus Orontes,
 et felix, sic fama, Ninos: uentosa Damascos, 215
 Gazaue et arbusto palmarum diues Idume,
 et Tyros instabilis, pretiosaue murice Sidon.
 has ad bella rates non flexo limite ponti,
 certior haud ullis duxit Cynosura carinis.
 Phoenices primi, famae si creditur, ausi 220
 mansuram rudibus uocem signasse figuris.
 nondum flumineas Memphis contexere biblos
 nouerat: et saxis tantum uolucresque feraeque
 sculptaque seruabant magicas animalia linguas.
 deseritur Taurique nemus, Persaeque Tarsos, 225

207. *qua celer*] Oud. cf. Claudian in Eutrop. II 266—268 *sed Marsya, uelox dum suus est flexuque carens, iam flumine mixtus molliuitur, Macandre, tuo.*

208. *refertur*] 'is carried back on its course' i.e. by the Maeander which doubles on itself. cf. VI 475. Ov. Met. VIII 162—166 *non secus ac liquidus Phrygiis Maeandros in aruis ludit et ambiguo lapsu refluitque fluitque, occurrensque sibi uenturas adspicit undas: et nunc ad fontes nunc in mare uersus apertum incertas exercet aquas.*

210. *Pactolon.....Hermus*] cf. Hor. Epod. XV 20 *tibiue Pactolus fluat.* Verg. G. II 137 *auro turbidus Hermus.*

212. *ominibus suis*] 'with the prospect of their usual fortune'.

213. *Phrygiue ferens se*] 'boasting his descent from Phrygian Iulus'. cf. Verg. Aen. I 288 *Iulius a magno demissum nomen Iulo.*

215. *felix*] 'once prosperous'.

uentosa] i.e. *ηνεμέσσα*.

216. *arbusto palmarum*] 'palm plantations', equivalent to *palmetis*, cf. Hor. Epp. II ii 183 *Herodis palmetis pinguibus*. cf. also Verg. G. III 12 *primus Idumaeas referam tibi Mantua palmas.*

217. *instabilis*] ob terrae motus ibi

crebros. Weise cf. Sen. Nat. Quaest. VI i § 13 *Tyros aliquando infamis ruinis fuit.*

218. *has ad bella*] 'these ships Cynosura guided to war by no winding path across the sea, Cynosura which is a more trusted guide to no other vessels', i.e. the Phoenicians sailed by Cynosura, the Greeks by Helice. cf. Arat. Phaen. 39 *τῇ ἄρα Φοίνικες πλύνουσι πέρωσι θαλάσσαν.* Weise cf. Ov. Fast. III 107, 108 *esse duas Arcos quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet.*

221. *mansuram*] 'to mark in rude characters words to abide for ever' i.e. they invented the alphabet.

signasse] cf. Ov. Met. II 126 *corpora dant tumulos ignantique hoc carmines aëum, hic situs est Phaethon.*

222. *biblos*] sc. *papyros*.

223. *uolucresque feraeque*] i.e. hieroglyphics. Weise cf. Ammian. Marcell. XXII 15 *uolucrum ferarumque genera multa sculpsērunt et animalium species quas hieroglyphicas litteras appellauerunt.*

224. *magicas linguas*] 'the utterance of the priests'.

225. *Persaeque Tarsos*] Tarsus was said to be called after the wing of Pegasus which fell there, cf. Juv. III 117, 118 *ripa nutritus in illa, ad quam Gorgonei delapsa*

Coryciumque patens exesis rupibus antrum:
 Mallos et extremae resonant naualibus Aegae,
 itque Cilix iusta iam non pirata carina.
 mouit et Eoos bellorum fama recessus,
 qua colitur Ganges, toto qui solus in orbe 230
 ostia nascenti contraria soluere Phoebo
 audet et aduersum fluctus impellit in Eurum:
 hic ubi Pellaeus post Tethyos acquora ductor
 constitit, et magno uinci se fassus ab orbe est.
 quaque ferens rapidum diuiso gurgite fontem 235
 uastis Indus aquis mixtum non sentit Hydaspen.
 quique bibunt tenera dulces ab harundine sucos,
 et qui tingentes croceo medicamine crinem
 fluxa coloratis adstringunt carbasa gemmis.
 quique suas struxere pyras uiuique calentis 240
 conscendere rogos. pro quanta est gloria genti
 iniecisse manum fatis uitaque repletos

est pinna caballi, and as Pegasus sprang from the blood of the Gorgon Medusa when Perseus cut off her head, cf. Ov. Fast. III 450—458, Tarsus indirectly owed its origin to Perseus.

227. *Mallos*] Mallos and Aegae were both towns in Cilicia.

extremae] 'distant', cf. I 314.
resonant naualibus] 'ring with the bustle of the dockyard'. cf. Aristoph. Ach. 552—554 τὸ νεώριον δ' αὖ κωπῶν πλατουμένων, τῶλιν ψοφούντων, θαλαμῶν τροπουμένων, αὐλῶν κελυστῶν, νηλαίων, συριγμάτων.

228. *iusta*] 'lawful'. cf. II 379.

230. *qua colitur*] 'where men dwell on Ganges' banks'; or it might be taken, 'where Ganges is worshipped', alluding to the honour in which the river is held by the Indians.

231. *ostia*] 'dares to discharge its mouth in the face of the rising sun'.

233. *hic*] This word must not be pressed too closely, but taken as meaning only generally 'in India', as Alexander did not reach the Ganges, but turned back from the banks of the Hyphasis (the Sutlej).
post Tethyos acquora] 'after reaching the ocean'.

234. *magno uinci*] 'confessed himself vanquished by the vastness of the world'. cf. Juv. x 168, 169 *unus Pellaco iuueni non sufficit orbis, actuat infelix angusto limite mundi*.

235. *diuiso gurgite*] duobus enim ostiis influit in mare et quo loco diuiditur insulam facit Paralen dictam. Weise.

237. *sucos*] i.e. the juice of the sugarcane.

238. *et qui*] cf. Quint. Curt. VIII ix §§ 21, 24 *corpora usque pedes carbaso uelant, solcis pedes, capita linteis uinciunt, lapilli ex auribus pendent, brachia quoque et lacertos auro colunt, quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent... distincta sunt auro et purpura carbasa quae indutus est (rex)*.

239. *fluxa*] 'girdle their flowing robes with strings of coloured gems'. *coloratus* generally means 'dark-coloured', and is used of the Indians themselves Verg. G. IV 293 *usque coloratis amnis deuexus ab Indis*.

240. *quique*] cf. Quint. Curt. VIII ix § 32 *apud hos occupare fati diem pulchrum, et uiuos se cremari iubent, quibus aut senis aetas aut incommoda ualitudo est: expectatam mortem pro dedecore uitae habent, nec ullus corporibus, quae senectus soluit, honos redditur: inquinari putant ignem, nisi qui spirantis recipit*. Compare also the account of the Indian philosopher Calanus, who had himself burnt alive at Susa. cf. Diodorus XVII 107, Arrian VII 3. Thirlwall's History of Greece, chapter LV.

242. *iniecisse manum fatis*] 'to lay hands on destiny', i.e. compel it to do as

quod superest, donasse deis. uenere feroces
 Cappadoces, duri populus nunc cultor Amani,
 Armeniusque tenens uoluentem saxa Niphaten: 245
 aethera tangentis siluas liquere Coatrae.
 ignotum uobis, Arabes, uenistis in orbem
 umbras mirati nemorum non ire sinistras.
 tum furor extremos mouit Romanus Oretas,
 Carmanosque duces, quorum deflexus in Austrum 250
 aether non totam mergi tamen adspicit Arcton,
 lucet et exigua uelox ibi nocte Bootes;
 Aethiopumque solum, quod non premeretur ab ulla
 signiferi regione poli, nisi poplite lapso
 ultima curuati procederet ungula Tauri. 255
 quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
 Euphrates, quos non diuersis fontibus edit
 Persis, et incertum, tellus si misceat amnes,
 quod potius sit nomen aquis. sed sparsus in agros
 fertilis Euphrates Phariae uice fungitur undae: 260

you please, the reverse of what is usually the case, cf. Verg. Aen. x 419 *iniecerem* *Parcae telisque sacrarunt Euandri.*

repletos] 'sated', for the metaphor cf. Lucet. III 951 *cur non plenius uilae conuiua recedis?* id. 973 *quam satur ac plenius possis discere rerum.*

243. *donasse*] 'to sacrifice', *προέσθαι*.
 244. *nunc cultor*] 'who now till rugged Amanus', i.e. since Pompeius' conquest; they now cultivate the soil instead of being pirates.

245. *Niphaten*] In Virgil and Horace this seems to be the name of a mountain.

246. *aethera tangentis siluas*] cf. Verg. G. II 124 *ubi aera uincere summum arboris haud ullae iactu potuere sagittae.*

248. *non ire sinistras*] i.e. if they looked towards the West. Lucan means that they came from beyond the equator: compare the account in Herodotus IV 42 of the circumnavigators of Africa, *καὶ ἔλεγον, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ ἄλλω δὲ δὴ τῶ, ὡς περιπλῶντες τὴν Λιβύην τὸν ἥλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιὰ*, and what Pliny II. N. VI § 87 says of the ambassadors who came to Rome from Taprobane (Ceylon) in the reign of Claudius, *sed maxime mirum erat eis umbras suas in nostrum caelum cadere, solemque a lacua oriri et in dextram occidere potius quam e diuerso.*

250. *deflexus*] cf. Verg. G. I 240 *minutus ut ad Scythiam Rhipacasque arduus arces consurgit premitur Libyae deueexus in Austros.*

251. *non totam*] With us it does not set at all. cf. Hom. II. XVIII 489 *οἷη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.*

252. *uelox*] 'swift to set', instead of being as with us *segnis*. cf. IV 525. Ov. Met. II 176, 177 *te quoque turbatum memorent fugisse, Boote, quamuis tardus eras, et te tua plaustra tenebant.*

253. *Aethiopumque solum*] sc. *furor Romanus mouit.*

quod non] 'which would not be covered by any portion of the zodiac did not the extremity of the hoof of the Bull, as its flank sinks down, step out beyond the limits'. cf. Verg. Aen. VI 796 *iacet extra sidera tellus extra anni solisque uias.*

258. *incertum*] cf. notes on I 5 462.
si misceat] 'suffered them to mix', i.e. did not prevent their mixing. cf. note on I 102 *si terra recedat Ionium Aegaeo frangat mare.* As a matter of fact the rivers do join before flowing into the Persian Gulf.

259. *quod*] i.e. *utrum*. cf. note on I 126.

260. *fertilis*] 'fertilising' in an active sense. cf. Ov. Met. V 642 *dea fertilis sc. Ceres.* Plin. II. N. XVIII VI § 43 *maiores*

at Tigrim subito tellus absorbet hiatu
 occultosque tegit cursus rursusque renatum
 fonte nouo flumen pelagi non abnegat undis.
 inter Caesareas acies diuersaque signa
 pugnaces dubium Parthi tenuere fauorem, 265
 contenti fecisse duos. tinxere sagittas
 errantes Scythiae populi, quos gurgite Bactros
 includit gelido uastisque Hyrcania siluis.
 hinc Lacedaemonii moto gens aspera freno
 Heniochi, saeuisque affinis Sarmata Moschis. 270
 Colchorum qua rura secat ditissima Phasis:
 qua Croeso fatalis Halys, qua uertice lapsus
 Ripaeo Tanais diuersi nomina mundi
 imposuit ripis, Asiaceque et terminus idem
 Europae, mediae dirimens confinia terrae, 275
 nunc huc nunc illuc qua flectitur ampliat orbem.
 quaque fretum torrens Maeotidos egerit undas
 Pontus et Herculeis aufertur gloria metis,

fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt.

Phariae uice fungitur undae] i.e. in the same way as the Nile overflows the fields.

261. *at Tigrim*] The Scholiast quotes the following lines from 'Nero in primo libro' *quique per erratam subductus Persida Tigris deserit et longo terrarum tractus hiatu reddit quaesitas iam non quaerentibus undas.*

263. *non abnegat*] i.e. allows to flow into the sea.

266. *fecisse duos*] cf. I 106 *bellum uictis ciuile dedistis.*

tinxere] 'dipped in poison'. Oud. cf. Ov. Ibis 51, 52 *iambus tincta Lyncamco sanguine tela dedit.*

267. *Bactros*] cf. Quint. Curt. VII iv § 31 *ipsa Bactra, regionis eius caput, sita sunt sub monte Paramiso. Bactrus amnis praeterit moenia: is urbi et regioni dedit nomen.* The modern name of the river is the Dehaz.

269. *moto gens aspera freno*] frenos mouere docti et asperi rudesque. Weise.

270. *Heniochi*] According to the legend they were descended from the charioteers of Castor and Pollux.

272. *Croeso fatalis*] cf. the oracle referred to in Hdt. I 53 *Κροῖσος "Αλυν διαβάς μεγάλην ἀρχήν καταλύσει.*

273. *diuersi mundi*] 'of different quarters of the world'.

276. *nunc huc*] 'now on this side, now on that, according as it winds, it enlarges a quarter of the world', i.e. Europe or Asia as the case may be. Compare the description of the floating islands in Lake Vadimonis, Plin. Epp. VIII 20 § 7 *rursus omnes in eundem locum appulsae, qua steterunt, promouent terram, et modo hac, modo illa, locum reddunt auferuntque; ac tum denique eum medium tenuere non contrahunt.*

orbem] cf. Hor. carm. III xxvii 75 *tua sectus orbis nomina ducet.*

277. *quaque*] 'and where the boiling strait pours forth Maeotis' waves', i.e. into the Euxine.

278. *Pontus*] 'and Pontus is so much glory wrested from the pillars of Hercules, and denies that Gades alone admits the ocean', i.e. into the Mediterranean Sea. The meaning appears to be that the glory of the Straits of Gibraltar is diminished in so far as water from the ocean enters the Mediterranean by way of the Euxine from the Maeotian lake (Sea of Azov), which latter is conceived as having a connexion with the outer ocean. Mr Postgate has suggested to me that all difficulty might be removed from this passage by transposing the order of vv. 278, 279, thus

oceanumque negat solas admittere Gades.
 hinc Essedoniae gentes, auroque ligatas 280
 substringens, Arimaspe, comas; hinc fortis Arius
 longaue Sarmatici soluens ieiunia belli
 Massagetes quo fugit equo, uolucresque Geloni.
 non cum Memnoniis deducens agmina regnis
 Cyrus, et effusis numerato milite telis 285
 descendit Perses, fraternique ultor amoris
 acquora cum tantis percussit classibus, unum
 tot reges habuere ducem; coiere nec umquam
 tam uariae cultu gentes tam dissona uolgi
 ora. tot immensae comites missura ruinae 290
 exciuit populos et dignas funere Magni
 exsequias Fortuna dedit. non corniger Hammon
 mittere Marmaridas cessauit in arma cateruas:
 quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris
 usque Paraetonias Eoa ad litora Syrtes. 295
 acciperet felix ne non semel omnia Caesar
 uincendum pariter Pharsalia praestitit orbem.
 ille ubi deseruit trepidantis moenia Romae
 agmine nubiferam rapto supereuolat Alpem.
 cumque alii famae populi terrore pauerent, 300

making *Pontus* the subject of *negat*: 'and Pontus denies that Gades alone admits the ocean, and thus the glory of the pillars of Hercules is lessened'.

281. *Arimaspe*] cf. note on 161 supr.

255. *agnoscis*] 'dost recognize the favour of heaven', i.e. shown by making his enemies guilty. cf. II 537 *di melius belli tulimus quod damna priores*. The words also probably imply, 'dost show thy respect for the gods', i.e. by not inflicting similar cruelties on the Pompeians. cf. Cic. de diu. I § 132 *nunc illa testabor non me sortilegos neque eos qui quaestus causa harioleantur ne psychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnoscere*.

257. *nec tantum*] 'nor didst thou gain

such an advantage', i.e. as putting the enemy in the wrong.

259. *eris*] 'thou wilt be found to be', cf. note on I 31.

260. *iunctis*] i.e. a camp adjoining Caesar's.

262. *intendere*] 'they directed their flight'.

obuius] 'sent out to meet them'.

266. *aut circum*] 'nor to embrace with in its winding lines abundant springs'.

267. *leti-uiam*] 'the path by which death approached', i.e. the kind of death which threatened them. cf. Verg. G. III 482 *nec uia mortis erat simplex*.

270. *damnare*] 'in their despair to reject the thought of flight'. cf. VIII 328, Plin. H. N. VIII § 179 (*boves nigri coloris candidiue ad laborem damnantur*).

casurus] 'to certain death'.

271. *effuso passu*] 'with hasty steps'.

273. *ferrumque ruenti subtrahere*] 'with-

subtrahe: non ullo constet mihi sanguine bellum:
 uincitur haud gratis iugulo qui prouocat hostem. 275
 en sibi uilis adest inuisa luce iuuentus
 iam damno peritura meo. non sentiet ictus,
 incumbet gladiis, gaudebit sanguine fuso.
 deserat hic feruor mentes, cadat impetus amens:
 perdant uelle mori. sic deflagrare minaces 280
 incassum et uetito passus languescere bello,
 substituit merso dum nox sua lumina Phoebō.
 inde ubi nulla data est miscendi copia Martis
 paulatim cadit ira ferox mentesque tepescunt:
 saucia maiores animos ut pectora gestant 285
 dum dolor est ictusque recens et mobile neruis
 conamen calidus praebet cruor ossaque nondum
 adduxere cutem: si conscius ensis adacti
 stat uictor tenuitque manus, tum frigidus artus
 adligat atque animum subducto robore torpor, 290
 postquam sicca rigens adstrinxit uolnera sanguis.
 iamque inopes undae primum tellure refossa

draw your sword from the foe who is rushing upon its point'.

275. *uincitur haud gratis*] 'he is not vanquished without cost who challenges the foe with his life-blood'.

276. *sibi uilis*] 'worthless in their own eyes'; cf. VIII 744.

277. *damno peritura meo*] i.e. either because they are already in Caesar's power and will join him if they survive; or because if they die themselves they will first kill many of Caesar's soldiers.

non sentiet ictus] 'they will not heed our blows, they will throw themselves upon our swords &c.' This seems to be simpler and to give a clearer and more satisfactory sense to *hic feruor* in the following line than Weise's interpretation, who would carry on the negative and translate, 'they shall not feel our blows, they shall not fall upon our swords &c.'

280. *perdant uelle mori*] 'let them lose their wish for death', i.e. as they will do if we refuse to fight with them: for this use of the infinitive cf. Pers. I 27 *scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter?*

deflagrare] cf. Tac. Hist. II 29 *deflagrante paulatim seditione*.

282. *substituit*] 'till night substituted her own lights (i.e. the stars) for the set sun'.

284. *tepescunt*] 'cool down'. cf. Ammian. Marc. XXVIII 1 § 9 *uerum negotio tepescente propter diuturnam morborum asperitatem, qua tenebatur Olybrius*: elsewhere *tepescere* usually means 'to grow warm': but in Tac. Hist. III 32 *tepor* is used for coolness, *excepta uox est, cum teporem incusaret, statim futurum ut incallescere*.

285. *saucia*] metaphor a gladiatoribus translata est. Schol.

286. *et mobile neruis*] 'and the warm blood allows the sinews free exercise'. cf. Lucret. VI 326 *magnum conamen sumit cundi*.

287. *praebet*] cf. note on III 678. *ossaque*] 'and the bones have not yet drawn the skin tightly over them'; i.e. as a wound ceases to bleed, the flesh shrinks and draws in the skin towards the bones. Oud. cf. Ov. Met. III 397 *adducitque cutem macies*. Id. Heroid. XI 27 *fugerat ore cruor; macies adduxerat artus*.

288. *consciis ensis adacti*] 'knowing his sword has been driven home'.

290. *torpor*] 'faintness'. cf. III 741.

291. *adstrinxit uolnera*] 'closes the wounds'. cf. Verg. G. I 91 *seu durat magis et uenas adstringit hiantes*.

292. *refossa*] cf. Plin. II. N. II § 158

occultos latices abstrusaque flumina quaerunt :
 nec solum rastris durisque ligonibus arua
 sed gladiis fodere suis: puteusque cauati 295
 montis ad irrigui premitur fastigia campi.
 non se tam penitus, tam longe luce relictā,
 merserit Asturii scrutator pallidus auri.
 non tamen aut tectis sonuerunt cursibus amnes,
 aut micuere noui percusso pumice fontes: 300
 antra nec exiguo stillant sudantia rore,
 aut impulsa leui turbatur glarea uena.
 tunc exhausta super multo sudore iuuentus
 extrahitur duris silicum lassata metallis.
 quoque minus possent siccos tolerare uapores 305
 quaesitae fecistis aquae. nec languida fessi
 corpora sustentant epulis, mensasque perosi
 auxilium fecere famem. si mollius aruom
 prodidit umorem, pingues manus utraque glaebas
 exprimit ora super. nigro si turbida limo 310
 colluuiēs immota iacet, cadit omnis in haustus
 certatim obscenos miles: moriensque recepit
 quas nollet uicturus aquas: rituque ferarum
 distentas siccant pecudes, et lacte negato
 sordibus exhausto sorbetur ab ubere sanguis. 315
 tunc herbas frondesque terunt et rore madentis
 destringunt ramos: ac si quos palmite crudo

si ulli essent inferi iam profecto illos auaritiā atque luxuriā cuniculi refodissent.

293. *abstrusa*] cf. Verg. G. 1 135 *ut silicis uenis abstrusum excuderet ignem*.

295. *puteusque cauati*] 'and the well in the hollowed-out mountain is sunk to the level of the well-watered plain'.

296. *irrigui*] cf. Hor. Sat. 11 iv 16 *irriguo nihil est elutius horto*.

fastigia] cf. Verg. G. 11 288 *forsitan et scrobibus quae sint fastigia quacras*, and Conington's note.

298. *Asturii*] MSS. *Assyrii*. Dausqueii emendatio. cf. Sil. Ital. 1 231—233 *Astur auarus uisceribus lacerāe telluris mergitur imis, et redit infelix effosso concolor auro*. Weise. See Merivale's History of the Romans, chapter xxxiv.

300. *pumice*] i.e. porous stone, which would hold no water.

302. *uena*] 'spring of water'. cf. 1x 500, 501, Ov. Met. 1 410 *quod modo uena fuit sub eodem nomine mansit*.

303. *super*] 'thereover'. Weise takes it with *extrahitur* in the sense of 'upwards', but I can find no authority for this use of the word: or it may mean 'further', 'besides'. cf. Verg. Aen. 11 71.

305. *quoque minus*] 'made them less able to endure the dry heat'.

308. *auxilium*] sc. contra sitim.

309. *prodidit*] 'showed signs of moisture'.

313. *quas nollet*] 'which he would not have drunk with hope of life'.

314. *distentas*] The epithet is transferred to *pecudes* from the notion of *ubera* implied therein.

317. *ac si quos*] 'and squeezed out what juice they could from the young shoots of trees and their tender pith'.

arboris aut tenera sucos pressere medulla.

o fortunati, fugiens quos barbarus hostis
fontibus immixto strauit per rura ueneno. 320

hos licet in fluuios saniem tabemque ferarum
pallida Dictaeis, Caesar, nascentia saxis
infundas aconita palam, Romana iuuentus
non decepta bibet. torrentur uiscera flamma
oraeque sicca rigent squamosis aspera linguis. 325

iam marcent uenae nulloque umore rigatus
aeris alternos angustat pulmo meatus,
rescisoque nocent suspiria dura palato:

pandunt ora tamen nocturnumque aera captant.
exspectant imbres quorum modo cuncta natabant 330
impulsu, et siccis uoltus in nubibus haerent.

quoque magis miseros undae ieiunia soluant,
non super arentem Meroen Cancrique sub axe
qua nudi Garamantes arant sedere: sed inter
stagnantem Sicorim et rapidum deprensus Hiberum
spectat uicinos sitiens exercitus amnes. 336

crudo] Compare the metaphorical use of *crudus* in Sil. Ital. v 568—570 *immemor annorum seniumque oblitus in arma ille quidem cruda mente et uiridissimus irae ibat*.

319. *o fortunati*] i.e. it is better to die by poison than by thirst.

321. *tabemque ferarum*] So frogs' blood was held to be poisonous, cf. Juv. i 69, 70 *occurrit matrona potens quae molle Calenum porrectura uiro miscet sitiente rubetam*, and Prof. Mayor's note. Also there was a tradition that Themistocles committed suicide by drinking bull's blood, cf. Aristoph. Equ. 83, 84 *βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πίνειν ὃ Θέμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἰρετώτερος*.

322. *pallida*] i.e. pallorem facientia, cf. Hor. Epp. i xix 18 *biberent exsangue cumini*; Pers. v 55 *pallentis grana cumini*.

Dictaeis] Oud. remarks that no other author speaks of Crete as producing poisons, but only medicinal herbs, cf. Propert. ii i 61, 62 *et deus exstinctum Cressis Epidaurius herbis restituit patriis Androgeona foci*, but that aconite is said to grow on Phrygian Ida and is here transferred to Ida in Crete, comparing the

similar confusion in Propert. iii i 27 *Idaeum Simoenta Iouis cunabula parui*.

324. *non decepta*] 'open-eyed'; cf. Lucret. i 940 *deceptaque non capiatur*.

325. *squamosis*] 'roughened by their scaly tongues'.

327. *aeris*] 'the lungs narrow the passage through which the air comes and goes by turns', i.e. impede the respiration.

328. *resciso*] 'cracked'.

331. *impulsu*] 'by whose onward rush the whole country was but lately flooded'.

332. *soluant*] 'destroy their strength'. cf. Verg. Aen. XII 951 *ast illi soluiuntur frigore membra*. Petron. 111 *quid proderit hoc tibi si soluta inedia fueris?*

333. *super*] 'beyond'.

Cancrique] 'or beneath the Crab'. *que* is disjunctive.

334. *arant*] is simply equivalent to *habitant*, cf. Verg. Aen. III 13, 14 *terra procul nastis colitur Mauortia campis, Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo*.

335. *deprensus*] 'entrapped'. cf. 469 *infr.* Verg. Aen. v 52 *Argolicou mari deprensus*. Liv. xxvii 44 § 5 *in saltu impedito deprensus*.

iam domiti cessere duces: pacisque petendae
 auctor damnatis supplex Afranius armis,
 semianimes in castra trahens hostilia turmas,
 uictoris stetit ante pedes. scruta precanti 340
 maiestas non fracta malis, interque priorem
 fortunam casusque novos gerit omnia uicti
 sed ducis, et ueniam securo pectore poscit:

si me degeneri strauissent fata sub hoste,
 non deerat fortis rapiendo dextera leto: 345
 at nunc sola mihi est orandae causa salutis.
 dignum donanda, Caesar, te credere uita.

non partis studiis agimur nec sumpsimus arma
 consiliis inimica tuis. nos denique bellum
 inuenit ciuile duces, causaeque priori 350

dum potuit seruata fides. nil fata moramur:
 tradimus Hesperias gentes aperimus Eoas,
 securumque orbis patimur post terga relictī.
 nec cruor effusus campis tibi bella peregit
 nec ferrum lassaeque manus. hoc hostibus unum 355
 quod uincas ignosce tuis. nec magna petuntur:

otia des fessis, uitam patiaris inermes
 degere quam tribuis: campis prostrata iacere
 agmina nostra putes: neque enim felicibus armis
 misceri damnata decet partemque triumphī 360
 captos ferre tui: turba haec sua fata peregit.
 hoc petimus uictos ne tecum uincere cogas.

338. *damnatis...armis*] 'despairing of success in war'. cf. sup. 217.

341. *interque priorem*] 'and between his former fortune and his new mishaps, he in all things acts the part of a conquered man, but still a general'.

343. *sed ducis*] equivalent to *sed tamen ducis*.

345. *rapiendo*] Oud. cf. Val. Flacc. VI 191 *rapit ille necem*.

347. *te credere*] 'my belief that thou Caesar art worthy to grant me life'. For the infinitive cf. sup. 280.

348. *non partis*] 'we are not hurried away by party-spirit'. For the use of *pars* in the singular cf. Cic. post redit. ad Quirit. § 13 *cum uiderem ex ea parte homines, cuius partis nos uel principes numerabamur*.

nec sumpsimus] emphatic; we were in arms before the civil war began.

350. *inuenit*] cf. II 259.

352. *securumque*] sc. *te esse*, 'and leave thee free from anxiety about the quarter of the world that thou dost leave behind thee'. cf. I 369.

355. *hoc hostibus unum*] 'pardon thy enemies this solitary crime—that, thou art conqueror'.

358. *campis prostrata*] 'think of our armies as lying fallen on the field', i.e. put them out of account, as if they were dead.

360. *damnata*] cf. VII 409 *damnata diu Romanis Allia fastis*.

361. *peregit*] cf. Verg. Aen. IV 653 *uixi et quem dederat cursum fortuna peregi*.

dixerat: at Caesar facilis uoltuque serenus
 flectitur atque usum belli poenamque remittit.
 ut primum iustae placuerunt foedera pacis, 365
 incustoditos decurrit miles ad amnes,
 incumbit ripis permissaque flumina turbat.
 continuus multis subitarum tractus aquarum
 aera non passus uacuis discurrere uenis
 artauit clausitque animam: nec feruida pestis 370
 cedit adhuc: sed morbus egens iam gurgite plenis
 uisceribus sibi poscit aquas. mox robora neruis
 et uires rediere uiris. o prodiga rerum
 luxuries numquam paruo contenta paratu,
 et quacsitorum terra pelagoque ciborum 375
 ambitiosa fames et lautae gloria mensae,
 discite, quam paruo liceat producere uitam
 et quantum natura petat. non erigit aegros
 nobilis ignoto diffusus consule Bacchus:
 non auro murraque bibunt: sed gurgite puro 380
 uita redit. satis est populis fluuiusque Ceresque.
 heu miseri qui bella gerunt. tunc arma relinquens
 uictori miles spoliato pectore tutus
 innocuusque suas curarum liber in urbes
 spargitur. o quantum donata pace potitos 385
 excussis umquam ferrum librasse lacertis

364. *usum belli poenamque*] 'the penalty of further military service'. Weise cf. Sil. Ital. XI 610 *inde alacres tribuunt uiae belli posceret usus*.

365. *iustae*] 'regular', 'formal'.

368. *continuus*] 'the uninterrupted training of hastily swallowed water'.

369. *discurrere*] cf. III 640.

371. *morbus egens*] 'the insatiate plague till calls for water for itself when their tomachs are already filled'.

374. *paratu*] Oud. cf. Ov. Met. VIII 83 *et ueniam dapibus nullisque paratibus rant*.

375. *quacsitorum*] cf. note on I 163.

376. *ambitiosa*] 'ostentatious'. cf. uv. III 182 *hic uiuimus ambitiosa paupertate omnes*.

lautae] especially used of luxury in eating, cf. Juv. XI 1 *Atticus eximie si cenat ututus habetur*.

378. *quantum*] 'how little'.

erigit] 'raises from their sickness'.

379. *diffusus*] 'bottled', i.e. poured off from the vat into separate jars (*cadi*). cf. Hor. Epp. I V 4 *uina bibes iterum Tauro diffusa*.

ignoto] i.e. so ancient as to be forgotten, or so ancient that the name is illegible.

380. *non auro*] cf. Verg. G. II 506 *ut gemma bibat*.

murra] 'porcelain'; for the high price of *murrina* at Rome see Plin. H. N. XXXVII §§ 18—20.

381. *populis*] whole tribes, i.e. the auxiliaries of VII 634.

383. *spoliato pectore*] i.e. stripped of his breast-plate.

384. *suas*] supply *quisque*.

386. *excussis*] cf. note on I 424.

poenituit, tolerasse sitim frustraue rogasse
 prospera bella deos. nempe usis Marte secundo
 tot dubiae restant acies tot in orbe labores:
 ut numquam fortuna labet successibus anceps 390
 uincendum totiens, terras fundendus in omnes
 est cruor et Caesar per tot sua fata sequendus.
 felix qui potuit mundi nutante ruina
 quo iaceat iam scire loco. non proelia fessos
 ulla uocant, certos non rumpunt classica somnos. 395
 iam coniunx natique rudes et sordida tecta
 et non deductos recipit sua terra colonos.
 hoc quoque securis oneris Fortuna remisit
 sollicitus menti quod abest fauor: ille salutis
 est auctor, dux ille fuit. sic proelia soli 400
 felices nullo spectant ciuilia uoto.
 non eadem belli totum Fortuna per orbem
 constitit, in partes aliquid sed Caesaris ausa est,
 qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas
 et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader. 405
 illic bellaci confisus gente Curictum,
 quos alit Hadriaco tellus circumflua ponto,

390. *ut*] 'though'. cf. Juv. XIII 100
ut sit magna tamen certe lenta ira deorum
est.

anceps] cf. Cic. pro Marcello § 15 *incertus exitus et anceps fortuna belli.*

391. *fundendus in omnes*] cf. Hor. *carm.* II i 33—36 *qui gurgis aut quae flumina lugubris ignara belli? quod mare Dauniae non decolorauere caedes? quae caret ora cruore nostro?*

392. *per tot sua fata*] 'through all the many chances that await him'.

393. *felix qui potuit*] This line is an echo of Verg. G. II 490 *felix qui potuit rerum cognoscere causas.*

nutante ruina] cf. Juv. III 196 *securis pendente iubet dormire ruina.*

394. *iaceat*] sc. *casurus sit*, 'where he is doomed to lie'.

397. *non deductos*] 'and their own land welcomed them, not established as colonists elsewhere', i.e. Caesar's soldiers would be formed into military colonies after the end of the war (cf. I 341 foll.), but these men were dispersed to their former homes.

398. *hoc quoque*] 'relieved them from

this burden too, in that harassing fear is absent from their minds', i.e. fear of what may happen to their leader. Another reading, which Weise adopts, is *pauor*, i.e. anxiety for the success of either side.

399. *ille...ille*] Caesar...Pompeius.

400. *est*] still is; *fuit*, was, but has ceased to be.

403. *in partes*] cf. Florus II xiii § 3c *aliquid tamen aduersus absentem ducem ausa Fortuna est circa Illyricam et Africam oram, quasi de industria prospera ciui. aduersis radiaret.* Caesar gives no account of his reverses in Illyria.

404. *longas*] Probably 'straggling' i.e. with a long front to the sea. cf. M. Freeman's 'Subject and Neighbour Land of Venice', p. 159: it may however mean merely 'distant'.

405. *Iader*] A town, and also apparently in this passage a river.

406. *Curictum*] The Curictae are mentioned as the inhabitants of an island off the Illyrian coast by Plin. H. N. I. § 139. (21.)

407. *circumflua*] περιβύτος, cf. X 47 *gelido circumfluis orbis Ilibero.*

clauditur extrema residens Antonius ora,
 cautus ab incursu belli si sola recedat
 expugnat quae tuta fames. non pabula tellus 410
 pascendis submittit equis non proserit ullam
 flaua Ceres segetem: spoliabat gramine campum
 miles et adtonso miseris iam dentibus aruo
 castrorum siccas de caespite uolserat herbas.
 ut primum aduersae socios in litore terrae 415
 et Basilum uidere ducem, noua furta per aequor
 exquisita fugae. neque enim de more carinas
 extendunt puppesque leuant, sed firma gerendis
 molibus insolito contexunt robora ductu.
 namque ratem uacuae sustentant undique cuppae 420
 quarum porrectis series constricta catenis
 ordinibus geminis obliquas excipit alnos.
 nec gerit expositum telis in fronte patenti
 remigium: sed quod trabibus circumdedit aequor
 hoc ferit et taciti praebet miracula cursus 425
 quod nec uela ferat nec apertas uerberet undas.
 tum freta seruantur, dum se decliuiibus undis
 aestus agat refluoque mari nudentur harenae.
 iamque relabenti crescebant litora ponto;
 missa ratis prono defertur lapsa profundo 430

409. *cautus*] 'safe', cf. Cic. pro Rosc. Amer. § 56 *in eam partem potius peccant quae est cautior*. Mart. II i 11 *esse tibi tanta cautus breuitate uideris?*

recedat] sc. *absit*. cf. Stat. Silu. III v 55 *sic nunquam corde recedit nata tuo*.

411. *proserit*] Probably equivalent to *exserit*, 'puts forth'. cf. Sil. Ital. III 447, 448 *aggeribus caput Alpinis et rupe nivali proserit in Celtas*. *proserere* as a compound of *serere* 'to sow' seems to be found only in Gratius Cyneg. 9 *ex artibus artes proserere*.

415. *aduersae*] i.e. the main land of Illyria.

416. *furta...fugae*] 'secret flight'. cf. Cic. ad fam. XVI xxvi § 2 *sic tu, etiam si quod scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quaesiuisse uidearis*.

418. *extendunt*] 'nor do they build long keels (cf. Greek *ῥῆς μακρὰς*) with lofty sterns'.

419. *ductu*] 'figure', 'shape', cf. Lu-

cret. IV 427 *porticus aequali quamuis est denique ductu*.

420. *cuppae*] 'pontoons'. Grotius, cf. Capitolin. Maximin. 22 *ponte itaque cuppis facto Maximinus fluium transiuit*.

422. *ordinibus*] 'received timbers placed sideways on them in double rows'.

423. *nec gerit*] i.e. room was left inside for the oars, so that the rowers were not exposed to the missiles of the enemy.

425. *miracula*] 'the strange spectacle'. cf. Verg. G. IV 441 *omnia transformat sese in miracula rerum*.

427. *seruantur*] 'are watched'. cf. Verg. G. I 205 *Haedorumque dies seruandi et lucidus Anguis*.

decliuiibus] 'downward-flowing'. Oud. cf. Ov. Met. I 39 *fluminaque obliquis cinxit decliua riptis*.

430. *missa*] 'let go'. cf. Verg. G. II 451 *alnos missa Pado*.

prono] cf. Verg. Aen. VIII 548 *pars cetera prona fertur aqua*.

et geminae comites. cunctas super ardua turris
 eminent et tremulis tabulata minantia pinnis.
 noluit Illyricae custos Octavius undae
 confestim temptare ratem, celeresque carinas
 continuit cursu crescat dum praeda secundo: 435
 et temere ingressos repetendum inuitat ad aequor
 pace maris. sic dum pauidos formidine ceruos
 claudat odoratae metuentis aera pinnae,
 aut dum dispositis adtollat retia uaris
 uenator, tenet ora leuis clamosa Molossi, 440
 Spartanos Cretasque ligat: nec creditur ulli
 silua canis, nisi qui presso uestigia rostro
 colligit et praeda nescit latrare reperta,
 contentus tremulo monstrasse cubilia loro.
 nec mora: complentur moles auideque petitis 445
 insula deseritur ratibus, quo tempore primas
 impedit ad noctem iam lux extrema tenebras.
 at Pompeianus fraudes innectere ponto

432. *tremulis*] 'battlements threatening with quivering pinnacles'. *tremulis* because on shipboard, cf. III 621, 679.

435. *cursu crescat*] 'until the booty becomes greater through the success of their voyage', i.e. having been successful in carrying off the first instalment of soldiers, they would be emboldened to embark a larger number for the second trip.

secundo] may be taken as above, or as 'second', i.e. 'on the second trip'.

436. *inuitat*] sc. *Octavius*.

437. *pace maris*] i.e. by leaving the sea clear. cf. 473 *infr.* II 648.

formidine] cf. Verg. G. III 372 *puni-
 ceaeque agitant pauidos formidine pinnae*.
 Weise cf. Sen. dial. IV xi § 5 *nec mirum
 est cum maximos ferarum greges linca
 pinnis distincta contineat et in insidias
 agat, ab ipso affectu dicta formido*.

438. *aera*] 'the tainted air', i.e. either from the red dye of the feather, or from its being handled. cf. Verg. G. III 251 *si tantum notas odor attulit auras*: some take *aera* as 'the fluttering'.

439. *uaris*] 'forks', for extending the nets.

440. *Molossi*] cf. Sen. Phaed. 34—
 51 *teneant acres lora Molossos et pugnaces
 tendant Cretes fortia trito uincula collo. at
 Spartanos, genus est audax audumque
 ferac, nodo cautus propiore liga. ueniet*

*tempus cum latratu caua saxa sonent.
 nunc demissi nare sagaci capient auras
 lustraque presso quacrant rostro dum lux
 dubia est dum signa pedum roscida tellus
 impressa tenet. alius raras ceruice graui
 portare plagas, alius teretes properet laqueos.
 picta rubenti linca penna uano cludat
 terrore feras*. See also Shakespeare,
 Midsummer Night's Dream, Act iv sc. 1.

441. *nec creditur*] 'nor is the wood trusted to any hound', i.e. no hound is allowed to enter the wood. cf. I 520.

442. *presso*] 'hunts out the tracks with nose close to the ground'.

443. *nescit latrare*] equivalent to *scit non latrare*; i.e. 'knows how to refrain from barking'. See note on I 72.

444. *tremulo...loro*] 'by shaking the leash'. Oud. cf. Plin. H. N. viii § 147 *scrutatur uestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro trahens, qua uisa quam silens et occulta, sed quam significans demonstratio est cauda primum deinde rostro*.

446. *quo tempore*] 'what time the last dying light delays the first approach of darkness at night-fall'.

448. *Pompeianus*] i.e. now on Pompeius' side, although his old enemies. cf. Mart. XI v 14 *si Cato reddatur Caesarianus erit*.

ponto] 'on the sea'.

antiqua parat arte Cilix, passusque uacare
 summa freti, medio suspendit uincula ponto, 450
 et laxas fluitare sinit religatque catenas
 rupis ab Illyricae scopulis. nec prima neque illa
 quae sequitur tardata ratis: sed tertia moles
 haesit et ad cautes adducto fune secuta est.
 impendent caua saxa mari: ruituraque semper 455
 stat, mirum, moles: et siluis aequor inumbrat.
 huc fractas Aquilone rates submersaque pontus
 corpora saepe tulit caecisque abscondit in antris:
 restituit raptus tectum mare: cumque cauernae
 euomuere fretum contorti uerticis undae 460
 Tauromenitanam uincunt feruore Charybdin.
 hic Opiterginis moles onerata colonis
 constitit: hanc omni puppes statione solutae
 circueunt: alii rupes ac litora complent.
 Volteius tacitas sensit sub gurgite fraudes, 465
 dux erat ille ratis, frustra qui uincula ferro
 rumpere conatus poscit spe proelia nulla,
 incertus qua terga daret qua pectora bello.
 hoc tamen in casu quantum deprensa ualebat
 effecit uirtus: inter tot milia captae 470
 circumfusa rati et plenam uix inde cohortem
 pugna fuit; non longa quidem; nam condidit atra
 nox lucem dubiam pacemque habuere tenebrae.
 tum sic adtonitam uenturaque fata paudentem
 rexit magnanima Volteius uoce cohortem: 475

innectere] cf. Verg. Aen. VI 609 *fraus innexa clienti*.

449. *passusque*] 'and leaving the surface clear'.

450. *medio*] i.e. under water: the repetition of *ponto* is awkward.

454. *secuta est*] 'as the rope was hauled in followed it to the rocks', i.e. of the island.

455. *ruitura*] 'seeming ever on the point to fall'.

459. *restituit*] 'then the o'er-arched sea renders back its spoils'. Oud. cf. Sil. Ital. II 306—308 *nos ratibus laceris Scyllaea repleuimus antra, classibus et refluxo spectauimus aequore raptis contorta*

e fundo reuoluentem transtra Charybdin.

462. *Opiterginis*] i.e. of Opitergium, a town of the Veneti. Weise.

465. *tacitas*] 'concealed'. cf. Verg. Aen. IV 67 *tacitum uiuit sub pectore uolnus*.

469. *quantum*] 'all that it could, when thus entrapped'.

471. *inde*] sc. *e rate*, 'fighting from the raft'.

cohortem] 'There were ten *cohortes* in a legion'.

473. *pacem*] cf. note on II 648.

475. *rexit*] 'guided'. cf. Plin. Epp. X XIX § 1 *rogo, domine, consilio me regas haesitantem*.

libera non ultra parua quam nocte iuuentus
 consulite extremis angusto tempore rebus.
 uita brevis nulli superest qui tempus in illa
 quaerendae sibi mortis habet: nec gloria leti
 inferior, iuuenes, admoto occurrere fato, 480
 omnibus incerto uenturae tempore uitae.
 par animi laus est et quos speraueris annos
 perdere et extremac momentum abrumpere lucis
 accersas dum fata manu. non cogitur ullus
 uelle mori. fuga nulla patet: stant undique nostris
 intenti iugulis ciues. decernite letum, 486
 et metus omnis abest: cupias quodcumque necesse est.
 non tamen in caeca bellorum nube cadendum est,
 aut, cum permixtis acies sua tela tenebris
 inuoluunt, conserta iacent cum corpora campo, 490
 in medium mors omnis abit, perit obruta uirtus.
 nos in conspicua sociis hostique carina

476. *libera*] 'soldiers, whose freedom lasts not longer than this short night, determine within this narrow space your course in this extremity'.

478. *uita brevis*] 'none has too short a life remaining who finds time in that to seek death for himself'.

479. *nec gloria*] 'nor is the glory of death less (i.e. than that of victory) to turn and meet impending fate'.

480. *admoto*] equivalent to *uicino, instanti*, cf. Sil. Ital. VIII 295 *genus admotum superis*.

occurrere] φθάνειν, cf. Pers. I 62 *posticae occurrite sannae*. Id. III 64 *uenienti occurrite morbo*.

481. *incerto*] ablative absolute, 'seeing that for all the length of their future life is uncertain'.

482. *et quos*] 'to throw away the years you might hope for, and to break off the brief moment of departing life', i.e. a voluntary death is equally glorious in the young, and the old.

484. *non cogitur*] 'the wish for death is compulsory for none', i.e. and so as it is a free act it is glorious.

486. *decernite letum*] 'decide on death, and then all fear is gone'.

487. *et*] For this use of *et* in the sense of 'and then', cf. Verg. Ecl. III 104—107 *dic quibus in terris, et eris mihi magnus*

Apollo, tres pateat caeli spatium non amplius ulnas. dic quibus in terris inscripti nomina regum nascentur flores; et Phylida solus habeto. Hor. Epp. I xviii 107, 108 *sit mihi quod nunc est, etiam minus, et mihi uiuam quod superest acui, si quid superesse uoluit di*.

cupias] cf. III 147 *si quidquid inbeare uelis*.

488. *non tamen*] 'still we must not fall amidst the blind cloud of war'.

489. *aut*] 'or else'. cf. Ov. Met. x 50—52 *hanc simul ut legem Rhodopeius accipit heros ne flectat retro sua lumina donec Auernas exierit ualles; aut irrita dona futura*. Mart. XI i 6 *nec Musis uacat aut suis uacaret*. Grotius gives *ut*, i.e. 'seeing that', as an emendation, and according to Oud. it is confirmed by one MS.

490. *conserta*] 'in close ranks'.

491. *in medium*] 'every death goes to the common account', i.e. to make up the common stock of glory; one man's death is not more glorious than another's. cf. I 89, Liv. VI 6 *laudemque conferentes potius in medium quam ex communi ad se trahentes*.

perit] 'is thrown away'. Oud. cf. Val. Flacc. VI 200 *mixta perit uirtus; nescit cui debeat Oebreus aut cui fata Tyres*.

constituere dei. praebebunt acquora testes,
 praebebunt terrae, summis dabit insula saxis:
 spectabunt geminae diuerso e litore partes. 495
 nescio quod nostris magnum et memorabile fatis
 exemplum, Fortuna, paras. quaecumque per aeuom
 exhibuit monumenta fides seruataque ferro
 militiae pietas, transibit nostra iuuentus;
 namque suis pro te gladiis incumbere, Caesar, 500
 esse parum scimus: sed non maiora supersunt
 obsessis tanti quae pignora demus amoris.
 abscidit nostrae multum sors inuida laudi
 quod non cum senibus capti natisque tenemur.
 indomitos sciat esse uiros timeatque furentis 505
 et morti faciles animos, et gaudeat hostis
 non plures haesisse rates. temptare parabunt
 foederibus turpique uolent corrumpere uita.
 o utinam, quo plus habeat mors unica famae,
 promittant ueniam iubeant sperare salutem, 510
 ne nos, cum calido fodiemus uiscera ferro,
 desperasse putent. magna uirtute merendum est,
 Caesar ut amissis inter tot milia paucis
 hoc damnum clademque uocet. dent fata recessum
 emittantque licet, uitare instantia nolim. 515
 proieci uitam, comites, totusque futurac
 mortis agor stimulis: furor est. agnoscere solis

495. *diuerso*] i.e. both the enemy from the shores of the island, and our comrades, who have escaped, from the main land. cf. Verg. *G.* III 32, 33 *et duo raptâ manu diuerso ex hoste tropaea bisque triumphatas utroque ab litore gentes.*

498. *seruataque ferro*] 'military fidelity maintained by the sword', i.e. soldiers usually prove their fidelity to their leaders by using their swords against the enemy, we shall do so more signally by using them against each other.

499. *transibit*] 'will surpass'. cf. II 565.

500. *suis*] sc. *nostris ipsorum*. cf. Verg. *Aen.* VI 473 *quisque suos patimur manes*. Compare the use of σφέτερος in Greek, Theocr. XXV 163 ὥσεί περ σφέτερον ἐν φρεσὶ βάλλομαι ἄρτι.

501. *sed non*] 'but blockaded as we

are we have no greater pledges left to give of our exceeding love'.

506. *morti faciles*] 'ready to welcome death'. Oud. cf. Sil. Ital. XV 718 *ne soli faciles*, used of the Celts.

508. *turpi...uita*] 'by the offer of a dishonoured life'.

511. *calido*] 'fiery', 'spirited'. cf. Sil. Ital. XV 337 *calidoque habitata Gradino pectora*, or it may be taken proleptically 'recking'.

514. *recessum*] 'means of retreat'.

516. *proieci*] cf. Verg. *Aen.* VI 435 *lucemque perosi proicere animas*. Sen. Oed. 193 *qui fata proculcauit ac uitae bona proiecit atque abscidit et casus suos onerauit ipse*.

517. *furor est*] 'tis inspired frenzy'. cf. Cic. de div. I § 66 *inest igitur in animis praesagitio extrinsecus iniecta atque*

permissum est quos iam tangit uicinia fati,
 uicturosque dei celant ut uiuere durent,
 felix esse mori. sic cunctas sustulit ardor 520
 nobilium mentes iuuenum: cum sidera caeli
 ante ducis uoces oculis umentibus omnes
 adspicerent flexoque Vrsae temone pauerent:
 idem cum fortes animos praecepta subissent
 optauere diem. nec segnis mergere ponto 525
 tunc erat astra polus: nam sol Ledaea tenebat
 sidera uicino cum lux altissima Cancro est:
 nox tum Thessalicas urgebat parua sagittas. /

detegit orta dies stantis in rupibus Histros
 pugnacesque mari Graia cum classe Liburnos. 530
 temptauere prius suspensio uincere bello
 foederibus, fieret captis si dulcior ipsa
 mortis uita mora. stabat deuota iuuentus
 damnata iam luce ferox securaque pugnae
 promisso sibi fine manu: nullique tumultus 535
 excussere uiris mentes ad summa paratas:
 innumerasque simul pauci terraque marique
 sustinuere manus: tanta est fiducia mortis.

inclusa diuinitus; ea si exarsit acrius furor appellatur, cum a corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur.

519. *uicturosque*] 'while the gods hide from those destined to live the happiness of death, that they may put up with life'. *que* here as often has an aduersative force. For the sentiment cf. IX 211 *scire mori sors prima uiris, sed proxima cogi*.

521. *cum sidera*] 'though before their leader spoke they all watched with tearful eyes the stars in heaven, and shuddered as Ursa's pole came wheeling round', i.e. when they saw it was past midnight. Oud. cf. Pseudo-Anacreon *μεσονυκτίον ποθ' ὦραν στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη κατὰ χεῖρα τῆν Βούτεω*.

524. *subissent*] 'had sunk into'.

525. *nec segnis*] i.e. it was about the time when the night is shortest. The sky is said to make the stars set because it carries them with it in its apparent revolution. cf. 54 supr.

526. *nam sol*] i.e. the sun was in the constellation Gemini, when at midday it is nearest to Cancer, and at midnight to Sagittarius. Sagittarius autem est Chiro

Thessalus; is tum urgetur nocte, hoc est, proxime praecedit noctem mediam, ut Cancer solem. cf. I 491. Hor. Epod. XVII 25 *urget diem nox et dies noctem*. Weise.

527. *uicino*] when the light (i.e. the sun) at its highest has Cancer for a neighbour; *uicino Cancro* is ablative absolute, cf. I 248 *o male uicinis haec moenia condita Gallis*.

532. *fieret captis*] 'in the hope that life would become sweeter to the captured soldiers by the very delay of death'.

534. *damnata*] cf. snpr. 338. *securaque pugnae*] 'and careless how the battle ended, as they had promised themselves death by their own hand'.

536. *ad summa paratas*] 'prepared for the worst'.

538. *sustinuere*] 'they bore up against', 'endured the attack of'. cf. Ov. Met. XIII 384—385 *Hectora qui solus qui ferum ignemque Iouemque sustinuit totiens unam non sustinet iram*.

tanta est] 'so great is the confidence inspired by death'. Oud. cf. Sil. Ital. x 219 *animos iam sola dabat fiducia mortis*.

utque satis bello uisum est fluxisse cruoris,
uersus ab hoste furor: primus dux ipse carinae 540
Volteius iugulo poscens iam fata relecto,
ecquis, ait, iuuenum est cuius sit dextra cruore
digna meo certaue fide per uolnera nostra
testetur se uelle mori? nec plura locuto
uiscera non unus iamdudum transigit ensis. 545
collaudat cunctos: sed cum cui uolnera prima
debebat grato moriens interficit ictu.
concurrunt alii totumque in partibus unis
bellorum fecere nefas. sic semine Cadmi
emicuit Dircaea cohors ceciditque suorum 550
uolneribus, dirum Thebanis fratribus omen;
Phasidos et campis insomni dente creati
terrigenae missa magicis e cantibus ira
cognato tantos complerunt sanguine sulcos:
ipsaque inexpertis quod primum fecerat herbis 555
expauit Medea nefas. sic mutua pacti
fata cadunt iuuenes: minimumque in morte uirorum
mors uirtutis habet: pariter sternuntque caduntque
uolnere letali: nec quemquam dextra fefellit
cum feriat moriente manu. nec uolnus adactis 560

540. *ab hoste*] i.e. *in sese*.

543. *certaue fide*] *qui* must be supplied; 'and who will testify his readiness for death by the sure bond of smiting me'.

545. *iamdudum transigit*] 'pierces at once', cf. note on II 524.

547. *grato moriens*] i.e. he shows his gratitude by using his dying strength in killing him.

548. *totumque*] 'and wreaked all the horrors of war on the soldiers of one side'.

unis] For the use of *unus* in the plural, cf. Verg. Aen. II 642 *satis una superque uidimus excidia*.

semine Cadmi] 'from the seed sown by Cadmus'. cf. Ov. Met. III 100 foll.

551. *Thebanis fratribus*] sc. Eteocles and Polynices.

552. *insomni dente*] i.e. the teeth of the sleepless dragon. cf. Ov. Met. VII 36 foll.

553. *missa*] i.e. *inmissa*, 'with fury

inspired by Medea's magic spells'.

554. *tantos*] 'filled with kinsmen's blood the furrows vast as they were', i.e. as having been made by a great hero with a great plough.

555. *inexpertis*] 'untried before'.

557. *minimumque*] 'and in these heroes' deaths death itself shows least bravery', i.e. it was not in meeting death that they showed their bravery most, but in still fighting while in the act of dying: such is the interpretation of Grotius, which appears to be correct. Weise, following Curtius, reads *nimumque*, which seems to have less MSS. authority: this would mean 'death exceeds the due limit of bravery', i.e. because each wounded man not only dies himself, but also at the same time kills another.

560. *cum feriat*] 'though striking with dying hand'.

adactis] is emphatic, i.e. if the sword did not strike them they struck the sword.

debetur gladiis: percussum est pectore ferrum
 et iugulis pressere manum. cum sorte cruenta
 fratribus incurrant fratres natusque parenti,
 haud trepidante tamen toto cum pondere dextra
 excgere enses. pietas ferientibus una 565
 non repetisse fuit. iam latis uiscera lapsa
 semianimes traxere foris multumque cruoris
 infudere mari. despectam cernere lucem
 uictoresque suos uoltu spectare superbo
 et mortem sentire iuuat. iam strage cruenta 570
 conspicitur cumulata ratis: bustisque remittunt
 corpora uictores, ducibus mirantibus ulli
 esse ducem tanti. nullam maiore locuta est
 ore ratem totum discurrens fama per orbem.
 non tamen ignauae post haec exempla uirorum 575
 percipient gentes quam sit non ardua uirtus
 seruitium fugisse manu; sed regna timentur
 ob ferrum et sacuis libertas uritur armis,
 ignoratque datos ne quisquam seruiat enses.
 mors, utinam pauidos uitae subducere nolles 580
 sed uirtus te sola daret. non segnior illo
 Marte fuit qui tum Libycis exarsit in aruis.
 namque rates audax Lilybaeo litore soluit
 Curio: nec forti uelis Aquilone recepto
 inter semirutas magnae Karthaginis arces 585

562. *iugulis*] 'with their throats they pressed upon their slayer's hand', i.e. they rushed upon the sword with such force as to drive it through their throats up to the hilt.

565. *excgere*] cf. Verg. Aen. x 815, 816 *ualidum namque exigit ensem per medium Aenaeas iuuenem totumque recondit*.

pietas] 'the one proof of affection was not to repeat the blow', i.e. to kill their kinsman at one blow.

567. *foris*] dative, 'they dragged to the wide gangways'.

570. *mortem sentire*] 'feel the approach of death'.

573. *nullam*] 'never did fame...speak of aught more eloquently than of this raft'. For *nullus* cf. note on I 313.

maiore] cf. Verg. G. III 294 *magno nunc ore sonandum*.

576. *quam sit*] 'how easy an act of valour it is'.

577. *sed regna*] 'but tyranny is feared on account of the sword', i.e. because tyrants put men to death.

578. *uritur*] 'is galled'. cf. Sen. Herc. Oct. 623 *urit miserum gloria pectus*.

579. *ignoratque*] i.e. *libertas*. Oud. with some MSS. reads *ignorantque*.

580. *uitae subducere*] 'to withdraw from life'.

581. *non segnior*] 'no less severe than this war was that which blazed up in the fields of Libya'.

584. *nec forti*] i.e. *et non forti*, 'with the north wind blowing gently on his sails'. cf. note on I 72.

et Clupeam tenuit stationis litora notae:
 primaque castra locat cano procul aequare qua se
 Bagrada lentus agit siccae sulcator harenae.
 inde petit tumulos exesasque undique rupes,
 Antaei quae regna uocat non uana uetustas. 590
 nominis antiqui cupientem noscere causas
 cognita per multos docuit rudis incola patres.
 nondum post genitos Tellus effeta Gigantas
 terribilem Libycis partum concepit in antris.
 nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon 595
 aut Tityos Briareusque ferox: caeloque pepercit
 quod non Phlegraeis Antaeum sustulit aruis.
 hoc quoque tam uastas cumulauit munere uires
 terra sui fetus, quod cum tetigere parentem
 iam defecta uigent renouato robore membra. 600
 haec illi spelunca domus: latuisse sub alta
 rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones.
 ad somnos non terga ferae praebere cubile
 adsuerunt, non silua torum: uiresque resumit
 in nuda tellure iacens. periire coloni 605
 aruorum Libyes: pereunt quos adpulit aequor:
 auxilioque diu uirtus non usa cadendi
 terrae spernit opes: inuictus robore cunctis
 quamuis staret erat. tandem uolgata cruenti

§86. *stationis*] The place is called Aquilaria by Caesar B. C. II 23.

§87. *prima*] Caesar l.c. says *triduique iter progressus ad flumen Bagradam peruenit*.

procul] 'at a short distance from'. cf. Verg. Aen. III 13 *terra procul uastis colitur Mauortia campis*, and Conington's note.

§88. *lentus*] Oud. cf. Sil. Ital. VI 140 *turbidus arentes lento pede sulcat harenas Bagrada*.

§89. *tumulos*] probably 'hills'. Micyllus thinks that it refers to the tomb of Antaeus mentioned by Strabo XVII 8 (829), in which Sertorius was said to have discovered a skeleton sixty cubits long.

§90. *uetustas*] cf. Ov. Met. I 400 *quis hoc credat nisi sit pro teste uetustas?*

§92. *cognitu*] 'the tale he had learned

handed down through many generations of his sires'.

§95. *nec tam iusta*] 'nor was Typhon so justly the pride of the earth'.

§96. *caeloque pepercit*] 'and was merciful to heaven in that she did not raise up Antaeus in the Phlegraeian plains', i.e. but in Libya, not where the giants fought with the gods. cf. VII 145.

§98. *cumulauit*] 'crowned such vast strength in her offspring with this further gift'. cf. Cic. de off. I § 116 *Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam*.

601. *haec*] 'yonder cavern was his home'.

603. *terga*] 'hides'. cf. Verg. Aen. V 404 *tantorum ingentia septem terga bouum*.

604. *siluae*] i.e. beds of leaves.

609. *quamuis staret*] 'however much he kept his footing'.

fama mali terras monstribus acquirere leuantem 610
 magnanimum Alciden Libycas exciuit in oras.
 ille Cleonaei proiecit terga leonis,
 Antaeus Libyci. perfudit membra liquore
 hospes Olympiacae seruato more palaestrae.
 ille parum fidens pedibus contingere matrem 615
 auxilium membris calidas infundit harenas.
 conseruere manus et multo brachia nexu.
 colla diu grauibus frustra temptata lacertis:
 immotumque caput fixa cum fronte tenetur:
 miranturque habuisse parem. nec uiribus uti 620
 Alcides primo uoluit certamine totis,
 exhausitque uirum: quod creber anhelitus illi
 prodidit et gelidus fesso de corpore sudor.
 tum ceruix lassata quati: tum pectore pectus
 urgeri: tunc obliqua percussa labare 625
 crura manu. iam terga uiri cedentia uictor
 adligat et medium compressis ilibus artat:
 inguinaque insertis pedibus distendit et omnem

610. *leuantem*] τὸν καθάρωντα. cf. Soph. Trach. 1058—1061 κοῦ ταῦτα λόγῃ πεδίας οὐθ' ὁ γηγενὴς στρατὸς ἱγάντων οὔτε θήρειος βία, οὐθ' Ἑλλὰς οὐτ' ἀγλωσσος οὐθ' ὅσῃν ἐγὼ γαῖαν καθάρων ἰκόμην, ἔδρασέ πω.

612. *proiecit*] 'threw on the ground before him', i.e. as they stripped for the encounter.

613. *liquore*] i.e. *oliuo*, 'oil'.

614. *more*] cf. Hor. Epp. II i 33 *luctantur Achiuis doctius unctis*. The Olympic games were said to have been instituted by Hercules. cf. Pind. Olymp. III 6—34.

615. *parum fidens*] 'not feeling enough confidence in touching his mother earth with his feet only'.

contingere] is equivalent to *quod contingeret*.

617. *nexu*] συμπλοκαῖς. cf. Ov. Met. VI 242 *et iam contulerant arto luctantia nexu pectora pectoribus*.

618. *colla diu*] 'long time in vain they tried the strength of each other's necks with strained arms'. cf. Val. Flacc. IV 309—311 *uitalia donec uincula, qua primo ceruix committitur artu, soluit dextra grauis*.

619. *fixa cum fronte*] cf. Theocr. XXII 66 ὄμματα δ' ὀρθά.

620. *miranturque*] 'and they both wonder to have found a match'.

622. *exhausitque uirum*] 'but wearied out his opponent'.

625. *tunc obliqua*] 'then his legs began to totter smitten by sidelong blows of his opponent's hand'. There seems here to be a confusion between wrestling and boxing, but even if the latter is intended to be described why should Hercules strike Antaeus on the legs, by doing which he would certainly expose his own body? In the account of the boxing match between Pollux and Amycus in Theocritus XXII all the blows are directed at the face and chest. For *obliqua* cf. 422 *supr*.

626. *iam terga*] 'then victorious he encircles his foe's yielding back, and squeezing in his sides, narrows him at the waist'.

628. *inguinaque*] 'and placing his feet between separates his thighs, and laid him low entirely for all his sturdy limbs'. cf. v 80.

per membra] to be taken closely with *omnem*, 'the whole of him from head to foot', implying that his stature was great.

explicuit per membra uirum. rapit arida tellus
 sudorem: calido complentur sanguine uenae. 630
 intumescere tori totosque induruit artus,
 Herculeosque nouo laxauit corpore nodos.
 constitit Alcides stupefactus robore tanto:
 nec sic Inachiis quamuis rudis esset in undis
 desectam timuit reparatis anguibus hydram. 635
 confligere pares, telluris uiribus ille,
 ille suis. numquam saeuac sperare nouercae
 plus licuit. uidet exhaustos sudoribus artus
 ceruicemque uiri, siccam cum ferret Olympum.
 utque iterum fessis iniecit brachia membris, 640
 non exspectatis Antaeus uiribus hostis
 sponte cadit, maiorque accepto robore surgit.
 quisquis inest terris in fessos spiritus artus
 egeritur; tellusque uiro luctante laborat.
 ut tandem auxilium tactae prodesse parentis 645
 Alcides sensit: standum est tibi, dixit, et ultra
 non credere solo sternique uctabere terra:
 haerebis pressis intra mea pectora membris:

630. *sanguine*] cf. note on II 338.

632. *nouo*] 'fresh', 'refreshed'. cf. Verg. Aen. II 473 *nunc positus nouus ex- uis nitidusque iuuenta*.

nodos] i.e. the binding arms of Hercules: there is probably a reference to the famous knot of Hercules. cf. Plin. H. N. XXXVIII § 63; Sen. Epp. XIII ii (87) § 38 *bonum animum habet; unus tibi nodus sed Herculeus restat*.

634. *quamuis rudis esset*] 'however new to fighting'.

635. *hydram*] cf. Hor. carm. IV iv 61 *non hydra secto corpore firmior uinci dolentem creuit in Herculem*.

637. *numquam*] 'never could his cruel stepdame (i.e. Juno) have had higher hopes', i.e. of his destruction.

638. *uidet*] 'she sees his limbs worn out with toil and his neck too, which was dry (i.e. did not feel the labour) when he supported Olympus'. Oud. cf. Ov. Heroid. IX 57, 58 *uidit in Herculeo suspensa monilia collo illo cui caelum sarcina parua fuit*. See also Ov. Met. IX 198 *hac caelum ceruice tuli?* This reading appears to have the better MSS. authority

and is the one explained by the Scholiast. The Roman edition of 1469 reads *qua ferret*, which Weise adopts taking *Hercules* as the predicate to *uidet*, 'he (Hercules) sees his opponent's limbs cleared from sweat, and his neck dry, a neck strong enough to support Olympus', but it is doubtful whether *qua ferret* could be equivalent to *qua ferre posset*; besides it is probable that a reference is intended to the legend of Hercules supporting the heaven. For *exhaustos sudoribus* in this sense cf. note on II 409.

641. *non exspectatis*] 'without waiting to feel his foe's full strength'.

643. *spiritus*] cf. Verg. Aen. VI 724—727 *principio caelum ac terras camposque liquentes lucentemque globum lunae Titanique astra spiritus intus alit, totamque infusa per artus mens agitat molem et magno se corpore miscet*.

644. *egeritur*] 'rises from it', i.e. into his body.

laborat] 'labours to assist him'.

646. *standum est tibi*] 'stand you must'.

648. *intra*] 'within my embrace'.

huc Antae cades. sic fatus, sustulit alte
nitentem in terras iuuenem. morientis in artus 650
non potuit nati Tellus submittere uires.

Alcides medium tenuit: iam pectora pigro
stricta gelu: terrisque diu non credidit hostem.

hinc acui ueteris custos famosa uetustas
miratrixque sui signauit nomine terras. 655

sed maiora dedit cognomina collibus istis

Pocnum qui Latiis reuocauit ab arcibus hostem

Scipio. nam sedes Libyca tellure potito

haec fuit. en ueteris cernis uestigia ualli.

Romana hos primum tenuit uictoria campos. 660

Curio laetatus tamquam fortuna locorum

bella gerat seruetque ducum sibi fata priorum

felici non fausta loco tentoria ponens

indulsit castris et collibus abstulit omen,

sollicitatque feros non aquis uiribus hostes. 665

omnis Romanis quae cesserat Africa signis

tum Vari sub iure fuit: qui robore quamquam

confisus Latio regis tamen undique uires

exciuit Libycae gentis extremaque mundi

signa suum comitata Iubam. non fusior ulli 670

terra fuit domino: qua sunt longissima regna

cardine ab occiduo uicinus Gadibus Atlas

terminat: a medio confinis Syrtibus Hammon.

649. *huc*] sc. *ad mea pectora*. Weise.

652. *medium tenuit*] cf. Aristoph. Equ. 387 *ὅν γὰρ ἔχεται μέσος*.

654. *famosa*] 'full of rumours', equivalent to *loquax*.

655. *miratrixque sui*] 'marvelling at its own exploits', cf. III 406.

656. *cognomina*] sc. castra Cornelianae. cf. Caes. B. C. II 24.

657. *qui Latiis*] sc. Hannibal was recalled from Italy to defend Africa against Scipio, B.C. 203.

arcibus] cf. Verg. G. II 172 *imbellem auertis Romanis arcibus Indum*.

660. *Romana...uictoria*] 'Rome's victorious host'.

line of Brutus?' i.e. lest if the deed of
Brutus were known beforehand it should
be prevented.

210. *nec*] i.e. *et non*, 'as she had not
uttered all she knew'.

211. *ille*] So Oud. with most MSS.,
and the Scholiast, who explains it as
Apollo, who had taken complete posses-
sion of the priestess. Weise reads *illa*.

212. *totoque*] 'and her eyes which now
wander vaguely over the whole sky as
she looks terrified, now glare as she looks
threatening'.

214. *stat*] Oud. cf. Sil. Ital. xv 29
stans uoltus in a description of Virtus.

216. *nec fessa*] 'nor can her wearied
heart find any rest', i.e. from throbbing.

rauca gemit; sic muta leuant suspiria uatem.
dumque a luce sacra, qua uidit fata, refertur
ad uolgare iubar mediae uenere tenebrac. 220

immisit Stygiam Paean in uiscera Lethen,
qua raperet secreta deum. tum pectore uerum
fugit et ad Phoebi tripodas rediere futura:
uixque relecta cadit. nec te uicinia leti
territat ambiguis frustratum sortibus, Appi: 225

iure sed incerto mundi subsidere regnum
Chalcidos Euboicae, uana spe rapte, parabas.
heu demens, nullum belli sentire fragorem,
tot mundi caruisse malis, praestare deorum
excepta quis morte potest? secreta tenebis 230

litoris Euboici, memorando condite busto,
qua maris angustat fauces saxosa Carystos,
et tumidis infesta colit qua numina Rhamnus,
artatus rapido feruet qua gurgite pontus,
Euripusque trahit cursum mutantibus undis 235
Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulin.

interea domitis Caesar remeabat Hiberis
uictrices aquilas alium laturus in orbem:
cum prope fatorum tantos per prospera cursus
auertere dei. nullo nam Marte subactus 240
intra castrorum timuit tentoria ductor
perdere successus scelerum: cum paene fideles

218. *rauca gemit*] 'booms hoarsely'.
cf. Verg. Aen. IX 124 *cunctatur et amnis
rauca sonans*.

muta] 'inarticulate' not 'silent', cf. Hor.
Sat. I iii 99, 100 *cum prorepserunt primis
animalia terris mutum ac turpe pecus*.

220. *uolgare inbar*] 'the light of com-
mon day'.

mediae] i.e. inter statum furoris diuini
et receptae mentis humanae. Weise.

223. *futura*] i.e. the knowledge of the
future.

224. *uicinia leti*] 'the near approach of
death'. cf. IV 518, Petron. 115 *mirati quod
illi uacaret in uicinia mortis poema facere*.

226. *iure sed incerto*] 'but while it was
uncertain who should rule the world'.

subsidere] 'to lie in wait for'. cf. Verg.
Aen. XI 268 *deuictam Asiam subsedit adul-
ter*, Sil. Ital. XIII 221 *subsistere sacpe leonem*.

229. *praestare*] 'what god can ensure
thee this save death alone?'

232. *saxosa*] Carystos was famed for
its marble quarries.

233. *tumidis*] 'the proud'. cf. II 672,
Sen. de benef. II xvi § 2 *tumidissimum
animal* (Alexander).

numina] i.e. *Nemesis*. cf. Catul. LXV 71
pace tua fari haec liceat Rhamnusia uirgo.

235. *cursum*] The tides in the Euripus
were said to ebb and flow seven times in
the twenty-four hours. cf. Plin. H. N.
II § 219.

240. *auertere*] 'turned aside', i.e. from
their prosperous course to a worse, cf.
Verg. Ecl. VIII 66 *coniugis ut magis
sanos auertere sacris experiar sensus*.

242. *paene*] to be taken with *destituere*;
for the position of this word cf. note on
II 136.

per tot bella manus satiatae sanguine tandem
 destituere ducem: seu maesto classica paulum
 intermissa sono claususque et frigidus ensis 245
 expulerat belli furias: seu praemia miles
 dum maiora petit damnat causamque ducemque,
 et scelere imbutos etiam nunc uenditat enses.
 haud magis expertus discrimine Caesar in ullo est
 quam non e stabili tremulo sed culmine cuncta 250
 despiceret, staretque super titubantia fultus:
 tot raptis truncus manibus gladioque relictus
 paene suo, qui tot gentes in bella trahebat,
 scit non esse ducis strictos sed militis enses.
 non pauidum iam murmur erat nec pectore tecto 255
 ira latens: nam quae dubias constringere mentes
 causa solet, dum quisque pauet quibus ipse timori est,
 seque putat solum regnorum iniusta grauari,
 haud retinet. quippe ipsa metus exsoluerat audax
 turba suos. quidquid multis peccatur inultum est. 260
 effudere minas: liceat discedere, Caesar,
 a rabie scelerum. quaeris terraque marique
 his ferrum iugulis animasque effundere uiles
 quolibet hoste paras: partem tibi Gallia nostri
 eripuit: partem duris Hispania bellis: 265

244. *maesto*] because in civil war.

245. *frigidus*] nullo sanguine calefactus. Schol.

247. *damnat*] 'disapproves'. cf. VIII 328.

248. *uenditat*] 'offers for sale'. cf. Plin. Epp. I xxiv § 1 *Tranquillus uult emere agellum quem uenditare amicus tuus dicitur*.

249. *haud magis*] 'never in any crisis did Caesar more surely experience how he looked down on all the world from no secure position, but with the height trembling beneath his feet, while he stood supported upon a rocking platform'.

250. *culmine*] i.e. the height to which he had mounted, cf. VII 594.

252. *truncus*] 'maimed'; the soldiers are regarded as the hands of the general. cf. *infr.* 311.

gladioque] 'and abandoned almost to his own sword alone'. cf. Ov. Met. XIV 217 *lcto poenaeque relictus*.

254. *strictos*] 'learns that swords when

once drawn are not the general's but the soldier's'.

256. *constringere*] 'to curb'.

257. *dum quisque*] 'while each fears those to whom he is himself a terror', i.e. his comrades owing to their mutual distrust, cf. Thuc. VIII 66.

258. *seque putat*] 'and thinks that he alone is indignant at the injustice of tyranny, cf. VII 284.

259. *quippe ipsa*] 'in fact the very number of the daring multitude had dispelled their fears'.

260. *quidquid multis*] Oud. cf. Sen. dial. IV x § 4 *in singulos seueritas imperatoris distringitur; at necessaria uenia est ubi totus deseruit exercitus. quid tollit iram sapientis? turba peccantium. intellegit quam et iniquum sit et periculosum irasci publico uitio*.

263. *his ferrum iugulis*] 'a sword to pierce these throats', i.e. and nothing else. *uiles*] 'worthless in your eyes'.

pars iacet Hesperia: totoque exercitus orbe
 te uincente perit. terris fudisse cruorem
 quid iuuat Arctoïs Rhodano Rhenoque subactis?
 tot mihi pro bellis bellum ciuile dedisti.
 cepimus expulso patriae cum tecta senatu, 270
 quos hominum uel quos licuit spoliare deorum?
 imus in omne nefas manibus ferroque nocentes,
 paupertate pii. finis quis quaeritur armis?
 quid satis est si Roma parum? iam respice canos
 inualidasque manus et inanes cerne lacertos. 275
 usus abit uitae; bellis consumpsimus aeuom:
 ad mortem dimitte senes. en improba uota:
 non duro liceat morientia caespite membra
 ponere, non anima glaebam fugiente ferire,
 atque oculos morti clausuram quaerere dextram, 280
 coniugis illabi lacrimis, unique paratum
 scire rogam. liceat morbis finire senectam:
 sit praeter gladios aliquod sub Caesare fatum.
 quid uelut ignaros ad quae portenta paremur
 spe trahis? usque adeo soli ciuilibus armis 285

269. *tot mihi*] 'as the reward for so many wars you have given me civil war'.

271. *quos hominum*] i.e. Caesar had not allowed any plundering on the part of the soldiers when Rome submitted to him.

273. *paupertate pii*] 'absolved from guilt by our poverty', i.e. 'though we are guilty of bloodshed yet as we have gained nothing by it we are so in a measure innocent'.

275. *inanes*] 'thin', 'feeble'. cf. Ov. Met. xv 229—231 *fletque Mïlon senior cum spectat inanes illos, qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes, fluidos pendere lacertos*. Curtius suggested *carne for cerne*: this reading is defended by Mr Robinson Ellis in the Journal of Philology, Vol. xiv p. 89, but the passage quoted above from Ovid seems to me to confirm the received text, and tautologies such as *respice* and *cerne* are sufficiently common in Lucan.

277. *senes*] Compare the account of the mutiny of Germanicus' soldiers in Tac. Ann. i 34 *et quidam prensa manu eius per speciem exosculandi inseruerunt digitos, ut uacua dentibus ora contingeret; alii curuata senio membra ostendebant*.

improba] ironically, 'outrageous', 'excessive'.

278. *non duro*] 'let us be suffered not to lay our dying limbs on the hard turf, not, as our breath flies from us, to strike (i.e. with our head) the bare clod'. sc. let us die in our beds, not in the camp.

279. *glaebam*] This is the reading adopted by Weise, which is found in some MSS. *galeam* which Oud. retains has apparently better authority, but it is not easy to assign any satisfactory meaning to it.

ferire] cf. Propert. v vii 25 *lacsit et obiectum tegula curta caput*.

280. *morti*] 'for our death', i.e. when dying.

quaerere] 'to look in vain for'; cf. Cic. in Verrem act ii lib. iii § 47 *campus Leontinus...sic erat deformis atque horridus ut in uberrima Siciliae parte Siciliam quaremus*.

281. *coniugis illabi*] i.e. *sed illabi liceat*. For the omission of the adversative cf. ii 86.

uni] i.e. instead of the numbers buried together in one grave on the battlefield, cf. vii 803 *petimus non singula busta*.

284. *portenta*] 'horrors'.

nescimus cuius sceleris sit maxima merces?
 nil actum est bellis si nondum comperit istas
 omnia posse manus. nec fas nec uincula iuris
 hoc audere uetant. Rheni mihi Caesar in undis
 dux erat, hic socius. facinus quos inquinat aequat. 290
 adde quod ingrato meritum iudice uirtus
 nostra perit. quidquid gerimus fortuna uocatur.
 nos fatum sciat esse suum. licet omne deorum
 obsequium speres: irato milite, Caesar,
 pax erit. haec fatus, totis discurrere castris 295
 coeperat infestoque ducem deposcere uoltu.

sic eat, o superi, quando pietasque fidesque
 destituunt moresque malos sperare relictum est;
 finem ciuili faciat discordia bello.
 quem non ille ducem potuit terrere tumultus? 300
 fata sed in praeceps solitus demittere Caesar
 fortunamque suam per summa pericula gaudens
 exercere uenit: nec dum desaeuiat ira
 exspectat: medios properat temptare furores.
 non illis urbes spoliandaque templa negasset 305
 Tarpeiamque Iouis sedem matresque senatus
 passurasque infanda nurus. uolt omnia certe
 a se sacua peti, uolt praemia Martis amari:
 militis indomiti tantum mens sana timetur.
 non pudet heu, Caesar, soli tibi bella placere 310
 iam manibus damnata tuis? hos ante pigebit
 sanguinis? his ferri graue ius erit? ipse per omne

286. *cuius sceleris*] i.e. the murder of Caesar, their own leader.

287. *comperit*] i.e. *miles qui bella gerit. istas*] 'these hands of his'.

288. *nec fas nec uincula iuris*] cf. Verg. G. 1 269 *fas et iura sinunt*.

291. *ingrato*] 'our valour is wasted through the ingratitude of him who judges our services'.

293. *nos fatum*] 'let Caesar learn that we are his destiny'.

omne deorum] 'entire compliance on the part of heaven'.

297. *sic eat*] cf. note on II 304.

quando] 'since loyalty and honour fail us, and all we have left to hope for is wickedness', i.e. insubordination on the

part of the soldiers.

298. *destituunt*] For the absence of the object cf. note on II 728.

301. *in praeceps demittere*] 'to venture into the utmost peril', a metaphor from the arena, cf. Cic. ad fam. x viii § 2 *cum in cum casum me fortuna demisset ut &c.*

Oud. cf. Id. IX i 3 *cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demissem*.

303. *uenit*] i.e. instead of *fugit* as might have been expected.

307. *nurus*] cf. note on I 165.

311. *manibus*] sc. *militibus*, cf. *supr.* 252.

312. *his ferri graue ius erit?*] 'shall the license of the sword be grievous in their eyes?' i.e. sooner than in yours.

fasque nefasque rues? lassare et disce sine armis
posse pati: liceat scelerum tibi ponere finem.
saeue, quid insequeris? quid iam nolentibus instas? 315
bellum te ciuile fugit. stetit aggere fulti
caespitis intrepidus uoltu meruitque timeri
non metuens: atque haec ira dictante profatur:

qui modo in absentem uoltu dextraque furebas,
miles, habes nudum promptumque ad uolnera pectus.
hic fuge, si belli finis placet, ense relicto. 321
detegit imbelles animos nil fortiter ausa
seditio tantumque fugam meditata iuuentus
ac ducis inuicti rebus lassata secundis.
uadite meque meis ad bella relinquitte fatis: 325
inuenient haec arma manus, uobisque repulsis
tot reddet Fortuna uiros quot tela uacabunt.
anne fugam Magni tanta cum classe sequuntur
Hesperiae gentes, nobis uictoria turbam
non dabit, impulsi tantum quae praemia belli 330
auferat, et uestri rapta mercede laboris
lauriferos nullo comitetur uolnere currus?
uos despecta, senes, exhaustaque sanguine turba

313. *lassare*] 'grow weary', i.e. give up the contest.

314. *posse pati*] 'to be able to endure existence'; cf. IX 262, Verg. Ecl. x 53, 54 *certum est in siluis inter spelæa ferarum male pati*, Ov. Met. x 25 *posse pati uolui*. Sen. Thyest. 470 *inmane regnum est posse sine regno pati*.

316. *fugit*] 'is slipping from your grasp'.

fulti] This reading which is found in nearly all MSS., is adopted by Weise, who explains it as equivalent to *extructi*, i.e. propped up against each other. Oud. following Gryphius reads *fultus*, cf. supr. 251.

317. *caespitis*] Oud. cf. Tac. Ann. i 18 *simul congerunt caespites, exstruunt tribunal, quo magis conspicua sedes foret*.

321. *hic*] i.e. in my breast, to be taken with *ense relicto*: 'if you wish the war ended, leave your sword in my breast, and take to flight'.

322. *detegit*] 'the fact that your mutiny has ventured on no deed of daring proves

your unwarlike spirit'. cf. Verg. Aen. IV 13 *degeneres animos timor arguit*.

324. *secundis*] emphatic, 'you have not the excuse of ill-success'.

325. *ad bella*] 'for the means of waging war'.

326. *repulsis*] 'rejected', i.e. by me as unworthy.

328. *anne fugam*] 'do so many nations accompany the flight of Magnus with so vast a fleet? and shall not victory supply me with multitudes?'

330. *impulsi tantum*] 'the reward for merely bringing the war to a close', i.e. they will reap the reward of victory by only giving the last impulse to Caesar's success without going through the previous toil.

332. *nullo...uolnere*] 'without having suffered a wound'.

333. *despecta*] 'despicable'; some MSS. read *defecta*.

senes] For this word in apposition with *turba*, Oud. cf. Stat. Theb. v 258, 259 *hic inuenum manus et nullis uiolabilis armis turba senes*.

cernetis nostros iam plebs Romana triumphos.
 Caesaris an cursus uestrae sentire putatis 335
 damnum posse fugae? ueluti si cuncta minentur
 flumina quos miscent pelago subducere fontes,
 non magis ablatis umquam descenderet aequor,
 quam nunc crescit, aquis. an uos momenta putatis
 ulla dedisse mihi? numquam sic cura deorum 340
 se premit ut uestrae morti uestraeque saluti
 fata uacent. procerum motus hacc cuncta sequuntur.
 humanum paucis uiuit genus. orbis Hiberi
 horror et Arctoi nostro sub nomine miles,
 Pompeio certe fugeres duce. fortis in armis 345
 Caesareis Labienus erat: nunc transfuga uilis
 cum duce praelato terras atque aequora lustrat.
 nec melior mihi uestra fides, si bella nec hoste
 nec duce me geritis. quisquis mea signa relinquit,
 nec Pompeianis tradit sua partibus arma, 350
 hic numquam uolt esse meus. sunt ista profecto
 curae castra deis, qui me committere tantis
 non nisi mutato uoluerunt milite bellis.
 heu quantum Fortuna umeris iam pondere fessis
 amolitur onus. sperantis omnia dextras 355
 exarmare datur quibus hic non sufficit orbis.
 iam certe mihi bella geram: discedite castris,
 tradite nostra uiris ignaui signa Quirites.

334. *plebs Romana*] i.e. no longer soldiers, cf. infr. 358.

335. *cursus*] 'career of success'.

337. *subducere*] 'withdraw'.

338. *non magis*] 'no more would the sea's level sink by the removal of these waters, than it now rises', i.e. by their influx. Oud. reads *decreaseret* from *decreuerit* which is found in some MSS.: the latter is probably an explanatory gloss on *descenderit*.

341. *se premit*] 'stoops so low'.

342. *uacent*] cf. note on VII 206.

343. *paucis*] 'for the benefit of a few'. cf. I 45.

344. *horror*] 'the terror of the Spanish and the northern world'. cf. Lucret. III 1047 *Scipiades belli fulmen Karthaginis horror*.

347. *duce praelato*] 'the chief he has

preferred to me', cf. 46.

348. *nec hoste*] i.e. if you remain neutral and fight on neither side.

350. *nec...tradit*] 'without transferring'.

351. *numquam*] i.e. nec post uictoriam reportatam. Weise.

ista] 'this camp of mine', cf. I 342.

355. *amolitur*] Oud. cf. Claudian in Rufin. II 454 *tellusque nefandum amolitur onus*.

onus] i.e. the burden of trying to satisfy the insatiable veterans.

356. *non sufficit orbis*] cf. Juv. x 168.

357. *mihi*] sc. mihi soli, non uobis.

358. *Quirites*] cf. Suet. Jul. 70 *sed una uoce qua Quirites cos pro militibus appellarat tam facile circumegit et flexit, ut ei milites esse confestim responderint et quamuis recusantem ultro in Africam sint secuti*. Tac. Ann. I 42, Lamprid. Alex.

at paucos quibus haec rabies auctoribus arsit
 non Caesar, sed poena tenet. procumbite terrae: 360
 infidumque caput feriendaque tendite colla.
 et tu, quo solo stabunt iam robore castra,
 tiro rudis, specta poenas, et disce ferire,
 disce mori. tremuit saeua sub uoce minantis
 uolgens iners: unumque caput tam magna iuuentus 365
 priuatum factura timet, uelut ensibus ipsis
 imperet inuito moturus milite ferrum.
 ipse paucet ne tela sibi dextraeque negentur
 ad scelus hoc Caesar: uicit patientia saeui
 spem ducis, et iugulos non tantum praestitit enses: 370
 nil magis adsuetas sceleri quam perdere mentes
 atque perire timet. tam diro foederis ictu
 parta quies poenaque redit placata iuuentus.

Brundisium decimis iubet hanc adtingere castris,
 et cunctas reuocare rates quas auius Hydrus 375
 antiquusque Taras secretaque litora Leucae
 quas recipit Salapina palus et subdita Sipus

Seuerus 52 *seueritatis autem tantae fuit in milites ut saepe legiones integras ex-auctorauerit ex militibus Quirites appellans.*

360. *non Caesar*] i.e. as your general; you are detained not to serve under Caesar, but to be punished, while the rest are disbanded.

362. *quo solo*] 'on whose strength alone my camp will now depend'.

363. *disce*] Oud. cf. Sil. Ital. v 636—638 *sta miles et acres disce ex me pugnas, uel, si pugnare negatum est, disce mori.*

366. *priuatum factura*] 'whom they could depose from his command'.

ensibus ipsis] 'the swords by themselves'.

369. *patientia*] 'their obedience surpassed their leader's hopes', cf. Tac. Agric. 16 *Britanniam uno proelio ueteri patientiae restituit.*

371. *nil magis*] Weise explains this difficult passage as follows, 'there is nothing that he dreads more than to lose hearts inured to guilt, and that they should be wasted', thus making the subject of *perire* different from that of *perdere*: although this alone is the common meaning of *perire* in Lucan, cf. iv 252, the change of subject seems to me too harsh to be admitted: I should prefer to

render *atque perire*, 'and so be ruined', as he would in fact have been by the loss of his veterans, notwithstanding his confident language to them. cf. Verg. G. I 201—203, Liv. xxvi 39 *hic Quinctium simul pugnantem hortantemque suos incantum hasta transfigit atque ille praeceptum cum armis procidit ante proram*; so too *et* is used, cf. iv 34, 35. Bentley conjectures *tenet* instead of *timet* 'nothing is a surer bond to hearts inured to guilt than to destroy and be destroyed', i.e. supplicium sumere et pati.

372. *tam diro foederis*] 'by an agreement sealed in blood', cf. note on I 355.

373. *redit*] 'return to their ranks'.

374. *decimis...castris*] 'in ten days march'; in I 374 the same words are used for ten campaigns.

375. *reuocare*] 'to call in', sc. *pelago*. *Hydrus*] The Latin form is Hydruntum, now Otranto.

376. *Leucae*] Leuca is now Lecce.

377. *quas recipit*] 'of which...is the harbour'.

Salapina] cf. Cic. de leg. agr. II § 71 *nisi forte mauoltis, relictis his rebus atque hac luce reipublicae, in Sipontina siccitate aut in Salapinorum pestilentiae finibus, Rullo duce, collocari.*

montibus: Ausoniam qua torquens frugifer oram
 Delmatico Boreae Calabroque obnoxius Austro
 Apulus Hadriacas exit Garganus in undas. 380
 ipse petit trepidam tutus sine milite Romam
 iam doctam seruire togae: populoque precanti
 scilicet indulgens summum dictator honorem
 contigit et laetos fecit se consule fastos.
 namque omnes uoces per quas iam tempore tanto 385
 mentimur dominis haec primum repperit aetas,
 qua sibi ne ferri ius ullum Caesar abesset
 Ausonias uoluit gladiis miscere secures.
 addidit et fasces aquilis, et nomen inane
 imperii rapiens signauit tempora digna 390
 maesta nota. nam quo melius Pharsalicus annus
 consule notus erit? fingit sollemnia Campus,
 et non admissae dirimit suffragia plebis,
 decantatque tribus et uana uersat in urna.
 nec caelum seruare licet: tonat augure surdo, 395
 et laetae iurantur aues bubone sinistro.

378. *torquens...oram*] 'giving a curve to the shore', i.e. forming a bay.

380. *exit*] 'projects'. cf. VIII 461.

382. *togae*] This is more emphatic than if Lucan had said *ferro*: Rome had submitted to Caesar before when he came accompanied by soldiers, cf. III 71 foll., but now he had no need of them.

383. *summum*] 'he reached the highest office as dictator and gladdened the fasti with his name as consul'. cf. Caes. B. C. III i.

385. *uoces*] 'titles'.

386. *mentimur dominis*] 'by which we seek to impose upon our masters'.

387. *qua sibi*] 'wherein Caesar, that no right to wield the sword might be lacking to him, desired to mingle with his swords the Ausonian axes', i.e. to combine civil and military power in his own person.

Caesar] For the position of this word, Weise cf. III 679, VI 710, 711.

389. *nomen inane imperii*] 'an office which was now an empty name', i.e. the consulship.

391. *nam quo*] 'for by whose consulship will the year of Pharsalia be more fitly known?'

392. *fingit sollemnia*] 'the Campus Martius goes through the pretence of its

routine, and distributes the voting tablets of the people who are not admitted (i.e. to the Septa) and proclaims the tribes in order, and shakes up names in the deceitful lot-box', i.e. to determine which is to be the centuria praerogatiua. *Campus* is personified and is said to do what is done in it by the presiding magistrate. See note on II 357.

394. *decantat*] cf. Cic. de diu. I § 105 *solus enim multorum annorum memoria non decantandi auguri sed diuinandi tenuit disciplinam*.

uana] because the whole proceedings were a pretence.

395. *nec caelum*] cf. Cic. phil. II § 81 *quisquamne diuinare potest quid uitii in auspiciis futurum sit nisi qui de caelo seruare constituit?* and Prof. Mayor's note.

tonat augure surdo] 'it thunders, but the Augur heeds it not'.

396. *et laetae*] 'and the birds are sworn to be propitious, though an owl appears upon the left'. For *laetae* Oud. cf. Suet. Jul. 77 *eo adrogantiae progressus est ut haruspice tristitia et sine corde exta sacro quodam nuntiante, futura diceret laetiora cum uellet*.

iurantur] cf. Cic. ad Att. XII xiii § 2

inde perit primum quondam ueneranda potestas
iuris inops: careat tantum ne nomine tempus
menstruus in fastos distinguit saecula consul.
nec non Iliacae numen quod praesidet Albae 400
haud meritum Latio sollemnia sacra subacto
uidit flammifera confectas nocte Latinas.

inde rapit cursus, et quae piger Apulus arua
deseruit rastris et inertis tradidit herbae,
ocior et caeli flammis et tigris feta, 405
transcurrit: curuique tenens Minoia tecta
Brundisii, clausas uentis brumalibus undas
inuenit et pauidas hiberno sidere classes.
turpe duci uisum rapiendi tempora belli
in segnes exisse moras, portuque teneri 410
cum pateat tutum uel non felicibus aequor.
expertes animos pelagi sic robore complet:
fortius hiberni flatus caelumque fretumque,

ueniam et ipse perpetuum morbum iurabo, i.e. 'will swear to my constant ill-health'. *iurari* is generally used of that by which an oath is sworn, cf. Claudian de quart. Cons. Honor. 447 *iuratur Honorius absens*.

397. *perit...iuris inops*] 'is ruined and loses its rights'.

potestas] i.e. the consulship.

399. *menstruus*] 'a consul appointed for a month marks off the years upon the record-roll'. *in fastos* is best taken with *distinguit*.

400. *Iliacae*] cf. Juv. IV 60, 61 *utque lacus suberant ubi quamquam diruta seruat ignem Troianum et Vestam colit Alba minorem*.

numen] sc. Iuppiter Latiaris. cf. I 196—198.

401. *haud meritum*] 'who did not deserve his usual festival now Latium was subdued', i.e. as the protector of Latium he ought to have been punished by the cessation of his festival for allowing it to be conquered.

402. *Latinas*] cf. note on I 550.

403. *et quae piger*] On the whole it seems most probable that this passage refers to the fact that the lands of southern Italy were thrown out of cultivation and reduced to pasturage for the purpose of rearing cattle, notwithstanding the words of Horace *carm.* III xvi 27 *quidquid arat*

impiger Apulus; the difficulty lies in the words *deseruit rastris* which appear to be equivalent to *desertum fecit rastris*, i.e. 'left unharrowed'. Oud. takes *rastris* as dative in the sense of rakes for collecting hay, but I can find no instance of such a use of the word. Weise thinks that only a temporary cessation of agriculture is referred to, taking *piger* as thrown out of employment by the war, and *herbae* as 'weeds', 'lolio aliisque'.

405. *feta*] 'with young'. cf. Ov. Fast. II 413 *uenit ad expositos, mirum, lupa feta gemellos*.

406. *curui*] 'winding', cf. Hor. *carm.* IV v 14 *curuo nec faciem litore dimouet*.

Minoia] cf. II 610 foll.

408. *pauidas*] 'afraid to put to sea during the winter season'. It is disputed what particular *sidus* is referred to, Cor-tius says the setting of the Kids.

410. *exisse*] 'should have been protracted', cf. Sen. dial. X vi § 4 *uestra mehercules uita, licet supra annos exeat, in artissimum contrahetur*. Quintil. IV ii § 51 *si tamen adhibitis his quoque artibus in longum exierit ordo rerum*.

411. *uel non felicibus*] sc. Pompeianis.

412. *expertes pelagi*] 'inexperienced in the sea'. cf. Stat. Silu. v v 60, 61 *o nimium felix nimium crudelis et expert imperii Fortuna tui*.

413. *fortius*] 'keep a firmer hold upon

cum coepere, tenent, quam quos incumbere certos
 perfida nubiferi uetat inconstantia ueris. 415
 nec maris anfractus lustrandaque litora nobis,
 sed recti fluctus soloque Aquilone secandi.
 hic utinam summi curuet carchesia mali,
 incumbatque furens et Graia ad moenia perflet,
 ne Pompeiani Phaeacum e litore toto 420
 languida iactatis comprehendant carbasa remis:
 rumpite quae retinent felices uincula proras.
 iamdudum nubes et sacuas perdimus undas.
 sidera prima poli Phoebo labente sub undas
 exierant, et luna suas iam fecerat umbras: 425
 cum pariter soluere rates tortosque rudentes
 laxauere sinus: et flexo nauita cornu
 obliquat laeuo pede carbasa, summaque pandens
 suppara uelorum perituras colligit auras.
 ut primum leuior propellere lintea uentus 430
 incipit exiguomque tument, mox reddita malo
 in mediam cecidere ratem: terraque relicta
 non ualet ipsa sequi puppes quae uexerat aura.
 aequora lenta iacent: alto torpore ligatae
 pigrius immotis haesere paludibus undae. 435
 sic stat iners Scythicas adstringens Bosphorus undas

the sky and sea, than those which the treacherous uncertainty of cloudy spring forbids to come down with steady sweep.

414. *incumbere*] cf. Verg. G. II 311 *tempestas a uertice siluis incubuit*.

416. *maris anfractus*] 'the windings of the sea-coast'.

417. *sed recti*] 'but we must cleave the waves in a straight course driven by the north wind alone'. The words of Lucan would be more suitable to a wind blowing abaft, whereas to sail from Brundisium to Dyrrhachium with *Aquilo* they would require to sail very close to the wind.

418. *carchesia*] correspond to the 'tops' of modern times.

420. *Phaeacum e litore*] i. e. from Dyrrhachium, formerly Epidamnus, founded by the Corcyraeans (cf. Thuc. I 24), with whom the Homeric Phaeacians were identified.

421. *languida*] 'by plying their oars should catch our flagging sails', i. e. Cae-

sar's ships were *onerariae*, which depended entirely on their sails, those of Pompeius war-galleys.

423. *iamdudum perdimus*] 'we have long been wasting', i. e. not making use of the opportunity afforded us by the stormy weather.

425. *suas*] i. e. as distinguished from those cast by the sun.

427. *cornu*] *cornua* were the ends of the yard-arms, *antennae*, cf. Verg. Aen. III 549 *cornua uelatarum obuertimus antennarum*.

428. *obliquat*] 'slackening the left sheet turns the sails sideways to the wind'.

429. *suppara*] 'the top-sails'.
perituras] 'that would else be lost'.

431. *reddita malo*] 'flapping against the mast'.

433. *sequi*] 'to keep up with', so ἀκολουθεῖν is used in Greek, cf. Aristoph. Ach. 215 ἡκολούθουν Φαίλλω πρέχων.

436. *Bosphorus*] i. e. Cimmerius.

cum glacie retinente fretum non impulit Hister,
 immensumque gelu tegitur mare: comprimit unda
 deprendit quascunque rates: nec peruia uelis
 acquora frangit eques, fluctuque latente sonantem 440
 orbita migrantis scindit Macotida Bessi.
 saeua quies pelagi maestoque ignaua profundo
 stagna iacentis aquae: ueluti deserta rigente
 aequora natura cessant, pontusque uetustas
 oblitus seruare uices non commeat aestu, 445
 non horrore tremit, non solis imagine uibrat.
 casibus innumeris fixae patuere carinae.
 illinc infestae classes et inertia tonsis
 aequora moturae, grauis hinc languore profundi
 obsessis uentura fames. noua uota timori 450
 sunt inuenta nouo, fluctus nimiasque precari
 uentorum uires, dum se torpentibus unda
 excutiat stagnis et sit mare. nubila nusquam
 undarumque minae: caelo languente fretoque
 naufragii spes omnis abit. sed nocte fugata 455
 laesum nube diem iubar extulit imaque sensim
 concussit pelagi mouitque Ceraunia nautis.

437. *non impulit*] 'has not driven before it'.

438. *comprimit*] 'holds fast'.

439. *nec peruia*] equivalent to *et non peruia*.

440. *frangit*] *conterit, calcat*. Weise. *fluctuque*] 'and the wheel of the wandering Bessian cuts a track across the Maeotian lake resounding with its hidden waves', i.e. the movement of the water under the ice can be heard: for the whole passage cf. Verg. G. III 360 foll. Herod. IV 29.

442. *saeua quies*] 'cruel is the peace of the sea, and the sluggish pools of calm water on the dismal deep'. *saeua quies* is an oxymoron, *saeuīre* being generally used of storms.

443. *ueluti deserta*] 'the seas stand still, as though their usual character had stiffened and departed from them'.

445. *seruare uices*] cf. Hor. A. P. 86 *descriptas seruare uices operumque colores*. *non commeat aestu*] 'does not ebb and flow'.

446. *non horrore*] 'is not ruffled by the wind, does not quiver with the sun's

reflexion'. Oud. cf. Ov. Heroid. XVIII 77 *unda repercussae radiabat imagine lunae*.

447. *casibus*] 'the ships thus stationary, were exposed to countless accidents'. cf. Liv. XXXI 39 *in patentem uolneri equom equitemque sagittas conicere poterat*.

450. *noua uota*] Oud. cf. Ov. Met. III 468 *uotum in amante nouom, uellem quod amamus abesset*.

452. *dum se*] 'if only the wave would shake itself free from its dull stagnation and become real sea', i.e. recover its true *natura* supr. 444.

455. *naufragii spes*] 'hope of shipwreck', i.e. as preferable to being becalmed.

456. *laesum nube diem*] 'a day obscured by clouds'; *iubar* is the dawn, cf. VII 45 *uicerat astra iubar*. Weise following Cortius reads *dies*.

imaque sensim] 'and gradually stirred the depths of the sea', i.e. the dawn is said to do what was really done by the breeze which rose with it.

457. *mouitque*] 'brought Ceraunia

inde rapi coepere rates atque aequora classem
curua sequi, quae iam uento fluctuque secundo
lapsa Palaestinas uncis confixit harenas. 460

prima duces uidit iunctis consistere castris
tellus, quam uolucer Genusus, quam mollior Apsus
circueunt ripis. Apso gestare carinas
causa palus leni quam fallens egerit unda.
at Genusum nunc sole niues nunc imbre solutae 465
praecipitant: neuter longo se gurgite lassat,
sed minimum terrae uicino litore nouit.
hoc Fortuna loco tantae duo nomina famae
composuit: miserique fuit spes irrita mundi
posse duces parua campi statione diremptas 470
admotum damnare nefas. nam cernere uoltus
et uoces audire datur: multosque per annos
dilectus tibi, Magne, socer post pignora tanta
sanguinis infausti subolem mortemque nepotis,
te nisi Niliaca propius non uidit harena. 475

nearer to the sailors', i.e. because the land appears to move and not the ship, cf. Verg. Aen. III 72 *prouehimur portu; terraeque urbesque recedunt*.

458. *atque aequora*] 'and the ridged seas to follow the course of the fleet', i.e. and so help it on his way. Oud. cf. Verg. Aen. III 130 *prosequitur surgens a puppi uentus euntes*.

460. *Palaestinas*] 'pierced the sands of Palaeste with its anchors'.

461. *iunctis*] i.e. pitched close to each other, cf. IV 260. Liv. XXVII 47 *ut ubi dux ubi exercitus esset, cum quo castra collata habuerit, ignoraret*.

464. *leni quam*] 'which it drains with gentle current escaping the eye', i.e. flowing so slowly that its motion is scarcely perceptible. cf. Hor. Epp. I xviii 103 *an secretum iter et fallentis semita uitae*. Weise cf. Plin. Epp. V vi § 14 *ita leniter et sensim cliuo fallente consurgit ut cum ascendere te non putes sentias adscensisse*.

466. *praecipitant*] 'make a torrent'. cf. VI 475, 476 *Rhodanumque morantem praecipitauit Arar*.

469. *composuit*] 'pitted against each other'. cf. Hor. Sat. I vii 19, 20 *Rupili et Persi par pugnat uti non compositum melius cum Bitho Bacchius*.

471. *admotum*] 'brought near, and so

brought home to them'.

472. *multosque per annos*] 'thy father-in-law, beloved by thee through so many years, saw thee not nearer than now after so close a pledge of kinship, after the birth of the scion of a hapless stock and thy grandchild's death, save only on the shore of Nile'. On the whole this seems to be the best way of taking this passage. Weise connects *post pignora etc.* with *dilectus*, but in that case it would be difficult to explain the meaning of *multos annos*, whereas owing to Caesar's absence in Gaul he had not seen Pompeius since the latter's marriage with Julia, which is alluded to in *pignora tanta*, cf. note on I 111.

474. *subolem*] according to Weise is equivalent to *partum*, and he puts a comma after *sanguinis* connecting that word with *pignora tanta* and *subolem* with *nepotis*, but I can find no other passage which would support this usage: on the other hand *post sanguinis infausti subolem* might mean 'after the existence of the scion of a hapless race', *nepotis* being added as explanatory, cf. VI 145 and the common expression *post hominum memoriam*. Oudendorp takes *sanguinis infausti subolem* as referring to Julia, which seems less probable.

Caesaris adtonitam miscenda ad proelia mentem
 ferre moras scelerum partes iussere relictæ.
 ductor erat cunctis audax Antonius armis,
 iam tum ciuili meditatus Leucada bello.
 illum saepe minis Caesar precibusque morantem 480
 euocat: o mundi tantorum causa malorum,
 quid superos et fata tenes? sunt cetera cursu
 acta meo: summam rapti per prospera belli
 te poscit Fortuna manum. num rupta uadosis
 Syrtibus incerto Libye nos diuidit aestu? 485
 numquid inexperto tua credimus arma profundo
 inque novos traheris casus? ignauc, uenire
 te Caesar, non ire iubet. prior ipse per hostes
 percussi medias alieni iuris harenas.
 tu mea castra times? pereuntia tempora fati 490
 conqueror: in uentos impendo uota fretumque.
 ne retine dubium cupientis ire per aequor:
 si bene nota mihi est ad Caesaris arma iuuentus
 naufragio uenisse uolet. iam uoce doloris
 utendum est: non ex aequo diuisimus orbem. 495
 Epirum Caesarque tenet totusque senatus:
 Ausoniam tu solus habes. his terque quaterque
 uocibus excitum postquam cessare uidebat,

476. *adtonitam*] 'urged by frenzy to engage in battle'. Oud. cf. Ov. Met. ix 573 *adtonitus subita inuenis Maeandrius ira*.

477. *ferre moras scelerum*] sc. differre bellum ciuile.

479. *meditatus Leucada*] 'rehearsing Actium', 'practising for Actium'. cf. Plin. H.N. viii § 113 (*cerni*) *editos partus exercent cursu et fugam meditari docent*.

481. *causa malorum*] i.e. by delaying Caesar's victory: Weise suggests that these words may also be intended to hint at the mischief which Antonius was destined to cause in the future.

482. *cursu...meo*] 'by the speed of march'.

483. *summam*] 'from thee Fortune demands the finishing touch'. cf. Verg. Aen. vii 572, 573 *nec minus interea extremam Saturnia bello imponit regina manum*. Ov. Met. viii 200 *postquam manus ultima coepit imposita est*.

486. *numquid inexperto*] 'are we entrusting your arms to an untried sea?' i.e. we have already ourselves crossed the sea which we bid you cross.

487. *uenire*] uenitur ad amicos, itur ad hostes aut in uacua. Grotius.

489. *percussi*] 'I have run my ships ashore upon'. cf. Verg. Aen. x 295, 296 *tollite ferte rates, inimicam findite rostris hanc terram sulcunq[ue] sibi premat ipsa carina*.

alieni iuris] 'occupied by the foe'.

490. *pereuntia*] 'I complain of the waste of a season of good fortune'.

491. *in uentos*] 'I am spending my prayers on the winds and waves', i.e. instead of on success in war.

494. *naufragio*] 'at the cost of shipwreck'. cf. Verg. Aen. x 297, 298 *frangere nec tali puppim statione recuso arrepta tellure semel*.

doloris] 'indignation'.

498. *cessare*] 'still lingering'.

dum se deesse deis ac non sibi numina credit,
sponte per incautas audet temptare tenebras 500
quod iussi timuere fretum, temeraria prono
expertus cecidisse deo: fluctusque uerendos
classibus exigua sperat superare carina.

soluerat armorum fessas nox languida curas:
parta quies miseris in quorum pectora somno 505
dat uires fortuna minor. iam castra silebant,
tertia iam uigiles commouerat hora secundos:
Caesar sollicito per uasta silentia gressu
uix famulis audenda parat: cunctisque relictis
sola placet Fortuna comes. tentoria postquam 510
egressus, uigilum somno cedentia membra
transiit, questus tacite quod fallere posset.
litora curua legit, primisque inuenit in undis
rupibus exesis haerentem fune carinam.
rectorem dominumque ratis secunda tenebat 515
haud procul inde domus, non ullo robore fulta,
sed sterili iunco cannaque intexta palustri,
et latus inuersa nudum munita phaselo.

499. *dum se*] i.e. thinking that he is himself to blame for not taking advantage of the favour of the gods, rather than the gods for not assisting him.

500. *incautas*] 'dangerous', i.e. which cannot be foreseen and provided against, cf. Propert. II iv 14 *sic est incautum quidquid habetur amor*.

501. *iussi*] sc. Antonius and his troops; the word is opposed to *sponte* in the preceding line.

prono] cf. Vel. Pat. II lxi § 6 *neque reperias quos aut prouior fortuna comitata sit aut ueluti fatigata maturius destituerit quam Brutum et Cassium*.

502. *cecississe*] 'having found by experience that rash conduct proved successful since heaven favoured him'. cf. Verg. Aen. XII 148 *cedunt res Latia*.

504. *languida*] used actively, 'making listless', cf. Verg. Aen. XII 908 *oculos ubi languida pressit nocte quies*.

506. *fortuna minor*] 'inferior fortune', i.e. lower rank. cf. Hom. II. II 24 οὐ χρὴ παννύχιον εὐδεῖν βουλευφόρον ἄνδρα. Shakspeare, *K. Henry IV.* part II. act III. sc. i. How many thousand of my poorest subjects are at this hour asleep, &c.

507. *tertia*] i.e. it was the third hour of the night when the second watch began, as rightly explained by the Scholiast, una parte noctis peracta secunda uigilia incohabat, quia primi per tres horas uigilaue-
rant.

509. *uix famulis*] 'scarce fit even for slaves (i.e. whose life was worthless) to venture on'.

510. *sola*] i.e. he would have no attendant but fortune.

512. *quod fallere*] i.e. of their want of vigilance.

513. *legit*] 'skirts'. cf. Verg. Aen. III 127 *crebris legimus freta consita terris*. *primis...in undis*] 'on the sea's verge'. *inuenit*] 'found at once', this seems to be the force of the change of tense. cf. Verg. G. I 330 *terra tremuit, fugere ferac*.

516. *fulta*] cf. note on 316 *supr*.

517. *sterili iunco*] Compare the description of the fishermen in Theocritus XXI 7 στρωσάμενοι βρῖον ἄδον ὑπὸ πλεκταῖς καλύψασιν κεκλιμένοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ. Ov. Met. VIII 630 *parua quidem stipulis et canna lecta palustri*.

518. *latus*] 'with its exposed side sheltered by an upturned boat'.

hacc Caesar bis terque manu quassantia tectum
 limina commouit. molli consurgit Amyclas 520
 quem dabat alga toro. quisnam mea naufragus, inquit,
 tecta petit? aut quem nostrae Fortuna coegit
 auxilium sperare casae? sic fatus, ab alto
 aggere iam tepidae sublato fune fauillae,
 scintillam tenuem commotos pauit in ignes: 525
 securus belli: praedam ciuilibus armis
 scit non esse casas. o uitae tuta facultas
 pauperis angustique lares. o munera nondum
 intellecta deum. quibus hoc contingere templis
 aut potuit muris nullo trepidare tumultu 530
 Caesarea pulsante manu? tum poste recluso
 dux ait: exspecta uotis maiora modestis,
 spesque tuas laxa, iuuenis. si iussa secutus
 me uchis Hesperiam, non ultra cuncta carinae
 debebis manibusue inopem duxisse senectam. 535
 ne cessa praebere deo tua fata uolenti
 angustos opibus subitis implere penates.
 sic fatur, quamquam plebeio tectus amictu
 indocilis priuata loqui. tum pauper Amyclas:
 multa quidem prohibent nocturno credere ponto. 540
 nam sol non rutilas deduxit in aequora nubes
 concordisque tulit radios: Noton altera Phoebi,

519. *quassantia*] 'which made the roof shake with it'

524. *aggere*] 'lifting the rope's end from the high-piled heap of still warm ashes', i.e. a piece of tow or old rope was put under a heap of ashes to smoulder away gradually and keep the fire from going out altogether. Weise takes *fune fauillae* together and *aggere* as equivalent to *caespiticio foco*, but the former seems the simpler explanation. Oud. cf. Ov. Met. VIII 641—643 *inde foco tepidum cinerem dimouit et ignes suscitât hesternos, foliisque et cortice sicco nutrit*.

525. *commotos pauit in ignes*] 'fed till he raised a flame'.

527. *casas*] cf. Iuv. x 18 *rarus uenit in cenacula miles*.

tuta facultas] 'the poor man's power to live in security'.

529. *quibus hoc contingere templis*] 'what temple could enjoy this blessing?'

533. *laxa*] 'enlarge your hopes'. cf. Pers. v 110 *iam nunc adstringas, iam nunc granaria laxes*.

534. *ultra*] 'in the future'. cf. VII 23.

535. *duxisse*] is equivalent to a noun substantive coupled with *cuncta* and dependent on *debebis*, 'to support with the labour of your hands an old age of poverty'.

538. *plebeio*] cf. Plutarch Caes. 38 *νυκτός οὖν ἐσθῆτι θεράποντος ἐπικρυψάμενος ἐνέβη*.

539. *indocilis priuata loqui*] Grotius compares Aristot. Pol. III iv § 9 *ὡς οὐκ ἐπιστάμενος λόγους εἶναι* with reference to Jason of Pherae.

542. *concordesque*] i.e. *neque concordēs*, cf. I 76, 77. *concordes* Sulpitius interprets as *unicolores*: perhaps it is rather 'parallel', opposed to *diducta luce* 'by diverging rays' in the following line.

altera pars Borean diducta luce uocabat.
 orbe quoque exhaustus medio languensque recessit,
 spectantis oculos infirmo lumine passus: 545
 lunaque non gracili surrexit lucida cornu,
 aut orbis medii puros exesa recessus:
 nec duxit recto tenuata cacumina cornu,
 uentorumque nota rubuit: tum lurida pallens
 ora tulit uoltu sub nubem tristic ituro. 550
 sed mihi nec motus nemorum nec litoris ictus,
 nec placet incertus qui prouocat acquora delphin:
 aut siccum quod mergus amat, quodque ausa uolare
 ardea sublimis pennae confisa natanti;
 quodque caput spargens undis uelut occupet imbrem
 instabili gressu metitur litora cornix. 556
 sed si magnarum poscunt discrimina rerum
 haud dubitem praeberere manus: uel litora tangam
 iussa, uel hoc potius pelagus flatusque negabunt.
 haec fatus, soluensque ratem dat carbasa uentis: 560
 ad quorum motus non solum lapsa per altum
 aera dispersos traxere cadentia sulcos
 sidera: sed summis etiam quae fixa tenentur
 astra polis sunt uisa quati. niger inficit horror

544. *orbe quoque*] cf. Verg. G. I 442 *medioque refugerit orbe: recessit* here answers to Virgil's *refugerit*.

546. *non gracili*] i.e. *sed obtuso*, cf. Verg. G. I 433.

547. *puros exesa recessus*] 'hollowed into clearly marked cavities'.

548. *nec duxit*] 'nor did she describe tapering points with upright horn'. *recto* is opposed to *prono*, *tenuata* to *obtusata*.

549. *uentorumque*] 'but has reddened with signs of wind', cf. Verg. G. I 430, 431 *at si uirginum suffuderit ore ruborem uentus erit, uento semper rubet aurea Phoebe*. For *nota* with genitive cf. Stat. Silu. I i 15, 16 *inuat ora tueri mixta notis belli placidamque gerentia pacem*.

551. *litoris ictus*] 'the beat of the waves upon the shore'.

552. *nec placet incertus*] 'nor the restless dolphin as it challenges the waves'.

553. *aut siccum*] cf. Verg. G. I 360 *foli*.

554. *natanti*] 'floating in the air'.

555. *uelut occupet imbrem*] 'as though

to anticipate the coming rain'. Seeing that the whole of this passage is imitated from the first book of the Georgics it appears to me that this line gives some slight support to the genuineness of the line found in the margin of some MSS. of Virgil at G. I 389, *aut caput obiectat querulum uenientibus undis*: see Conington's note on the passage.

558. *praeberere manus*] 'to lend the service of my hands'.

559. *potius*] sc. *quam ego*, cf. note on VII 451.

561. *quorum*] sc. *uentorum*, 'at whose stirring not only the stars that glide through the upper air (i.e. meteors) drew after them in their fall trains of scattered light'. cf. Verg. G. I 367 *flammarum longos a tergo albescente tractus*, Id. Aen. II 697 *tum longo limite sulcus dat lucem*.

564. *niger inficit horror*] 'black ruffling darkens the surface of the sea'. cf. Hom. Il. VII 64, 65 *οἷη δὲ Ζεφύροιο ἐχέυατο πόντον ἐπι φριξ ὀρνυμένον νεόν, μελάνει δὲ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς*. Verg. Aen. III 194, 195

terga maris: longo per multa uolumina tractu 565
 aestuat unda minax flatusque incerta futuri:
 turbida testantur conceptos aequora uentos.
 tum rector trepidae fatur ratis: adspice sacuom
 quanta paret pelagus. Zephyros intendat an Euros
 incertum est. puppim dubius ferit undique pontus. 570
 nubibus et caelo Notus est: si murmura ponti
 consulimus, Cauri uerrunt mare. gurgite tanto
 nec ratis Hesperias tanget nec naufragus oras.
 desperare uiam et uetitos conuertere cursus
 sola salus. liceat uexata litora puppe 575
 prendere, ne longe nimium sit proxima tellus.

sisus cuncta sibi cessura pericula Caesar,
 sperne minas, inquit, pelagi uentoque furenti
 trade sinum. Italiam si caelo auctore recusas,
 me pete. sola tibi causa haec est iusta timoris 580
 uectorem non nosse tuom, quem numina numquam
 destituunt, de quo male tum Fortuna meretur,
 cum post uota uenit. medias perrumpe procellas
 tutela secure mea. caeli iste fretique
 non puppis nostrae labor est: hanc Caesare pressam
 a fluctu defendet onus. nec longa furori 586
 uentorum saeuo dabitur mora: próderit undis

*tum mihi caeruleus supra caput adstitit
 imber, noctem hiememque ferens, et in-
 horruit unda tenebris.*

565. *longo per multa*] 'with many a curl over a wide expanse the threatening waves boil, uncertain whence the wind intends to blow'. cf. Hom. Il. xiv 16—19 ὥς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῶ ὁσσόμενον λιγέων ἀνέμων λαίψηρὰ κέλευθα αὐτῶς, οὐδ' ἄρα τε προκυλλνδεται οὐδετέρωσσε πρὶν τίνα κεκρίμενον καταβήμεναι ἐκ Διὸς οὐρον.

567. *turbida testantur*] 'the swelling seas attest that they have caught the force of the winds', cf. Val. Flacc. v 522 *ceu tunct atque imo sub gurgite concipit Austros unda silens*.

571. *nubibus et caelo*] cf. II 459 foll.

573. *nec ratis*] *nec salua nauī nec naufragi Italiam oram tangemus*. Weise.

575. *liceat*] 'let us gain the shore with our storm-tossed bark'.

577. *cessura*] 'would give way before him'.

579. *Italiam*] This sentence in full would be, *Italiam si caelo auctore petere recusas, pete me auctore*, 'if in obedience to the sky you refuse to make for Italy, do so in obedience to me'.

581. *uectorem*] 'passenger', cf. Petron. § 107 *omnis uector nihil prius quaerit quam cuius se diligentiae credat*.

582. *de quo*] 'whom Fortune then deals hardly with when she comes after my prayers', i.e. Fortune usually anticipates my prayers.

584. *caeli iste*] 'yonder troubles affect the sky and sea but do not concern our bark'.

586. *defendet*] cf. Plut. Caes. 38 ἔθι, ἔφη, γενναίε, τόλμα καὶ δέδιθι μηδέν. Καί-σαρα φέρεῖς καὶ τὴν Καίσαρος τύχην συμ-πλέουσιν.

587. *mora*] 'continuation', 'nor will

ista ratis. ne flecte manus: fuge proxima uclis
 litora: tum Calabro portu te crede potitum,
 cum iam non poterit puppi nostraeque saluti 590
 altera terra dari. quid tanta strage paretur
 ignoras? quaerit pelagi caelique tumultu
 quid praestet Fortuna mihi. non plura locuto
 auolsit laceros percussa puppe rudentes
 turbo rapax fragilemque super uolitantia malum 595
 uela tulit: sonuit uictis compagibus alnus.
 inde ruunt toto congesta pericula mundo.
 primus ab oceano caput exseris Atlanteo,
 Caure, mouens aestus: iam te tollente furebat
 pontus et in scopulos totas crexerat undas. 600
 occurrit gelidus Boreas pelagusque retundit:
 et dubium pendet uento cui pareat aequor.
 sed Scythici uicit rabies Aquilonis et undas
 torsit, et abstrusas penitus uada fecit harenas.
 nec perfert pontum Boreas ad saxa suomque 605
 in fluctus Cauri frangit mare: motaque possunt
 aequora subductis etiam concurrere uentis.
 non Euri cessasse minas, non imbris atrum
 Aeolii iacuisse Notum sub carcere saxi
 crediderim: cunctos solita de parte ruentis 610
 defendisse suas uiolento turbine terras,
 sic pelagus mansisse loco. non parua procellis
 aequora rapta ferunt: Aegeas transit in undas
 Tyrrhenum; sonat Ionio uagus Hadria ponto.

the frantic raving of the sea he suffered to continue long'. cf. Val. Flacc. VI 733 *saena quidem lucis miseris mora.*

proderit undis] quia propter me uenti qui eas commouent sedabuntur. Schol.

593. *quid praestet*] 'what boon she can confer on me'.

595. *fragilemque*] 'and swept the fluttering sails down upon the fragile mast'.

596. *sonuit*] 'creaked as its joints gave way'.

599. *tollente*] cf. Hor. *carm.* I iii 14—16 *quo non arbiter Hadriae maior tollere seu ponere uolt freta.*

600. *crexerat*] i.e. would have raised, had not Boreas met it.

602. *cui*] for *utri*, see note on I 126.

Oud. cf. Sen. *Agam.* 140, 141 *ut, cum hinc profundum uentus hinc aestus rapit, incerta dubitat unda cui cedat malo.*

604. *uada fecit*] cf. Verg. *Aen.* I 106 *his unda dehiscens terram inter fluctus aperit.*

606. *in fluctus Cauri*] 'breaks its own billows against the waves raised by Caurus'. cf. I 103.

607. *subductis*] 'even were the winds removed'.

609. *iacuisse*] 'to have lain imprisoned', Oud. cf. Sil. *Ital.* II 593 *umbraeque recu-sent captiua iacuisse solo.*

611. *defendisse*] i.e. by driving back the sea from their own shores.

613. *ferunt*] sc. *uenti*.

a quotiens frustra pulsatos aequore montes 615
 obruit illa dies, quam celsa cacumina pessum
 tellus uicta dedit. non illo litore surgunt
 tam ualidi fluctus, alioque ex orbe uoluti
 a magno uenere mari, mundumque coercens
 monstriferos agit unda sinus. sic rector Olympi 620
 cusptide fraterna lassatum in saecula fulmen
 adiuvit regnoque accessit terra secundo,
 cum mare conuoluit gentes, cum litora Tethys
 noluit ulla pati caelo contenta teneri.
 nunc quoque tanta maris moles creuisset in astra 625
 ni superum rector pressisset nubibus undas.
 non caeli nox illa fuit: latet obsitus aer
 infernac pallore domus nimisque grauatus
 deprimitur, fluctusque in nubibus accipit imbrem.
 lux etiam metuenda perit, nec fulgura currunt 630
 clara, sed obscurum nimbosus dissilit aer.
 tum superum conuexa fremunt atque arduus axis
 insonuit motaque poli compage laborant.
 extimuit natura chaos: rupisse uidentur
 concordēs elementa moras rursusque redire 635
 nox manes mixtura deis. spes una salutis

615. *frustra pulsatos*] 'battered in vain before'.

617. *non illo*] So Weise with some MSS., and this seems to have been the reading of the Scholiast, rather than *ullo* which is the common reading. 'Such mighty waves do not take their rise on that coast but rolled from another quarter of the world come from the vast ocean, and it is the flood which encircles the earth that drives these portentous billows'. For *coercens* cf. II 400, Cic. N. D. II § 101 *restat ultimus et a domiciliis nostris altissimus omnia cingens et coercens caeli complexus*.

621. *cusptide*] 'trident' αλκυῶν.

in saecula] is perhaps best taken with *lassatum* 'worn out with punishing many generations', or it might be taken with *adiuvit*, i.e. 'aided against the world'.

622. *regno...secundo*] sc. the ocean, the realm of Neptune. See note on IV 110.

624. *caelo contenta teneri*] 'content to be bounded by the sky alone'.

625. *creuisset in astra*] 'would have mounted to the stars', cf. Stat. Silu. III

iii 52 *nox crescit in illos imperium superis*.

627. *non caeli*] i.e. not the common darkness of the sky, but unnatural darkness, sc. ex Acheronte.

629. *fluctusque in nubibus*] i.e. sky and sea are so closely mingled that the sea receives the rain in the midst of the clouds, instead of fallen from them.

630. *lux*] sc. *fulgurum*.

631. *obscurum...dissilit*] 'is darkly cleft', i.e. the lightning can scarcely be seen. For the neuter adjective used adverbially, cf. Hor. carm. II xix 6, 7 *turbidum laetatur*.

633. *mota...compage*] 'with their framework strained'.

635. *concordes...moras*] 'their harmonious checks', i.e. the laws which keep them in harmony.

636. *nox manes*] cf. Plin. Epp. VI 20 *multi ad deos manus tollere, plures nequam iam deos ullos, aeternamque illam et nouissimam noctem mundo interpretabantur*, in the account of the eruption of Vesuvius.

quod tanta mundi nondum periire ruina.
quantus Leucadio placidus de uertice pontus
despicitur; tantum nautae uidere trementes
fluctibus e summis praeceps mare: cumque tumentes
rursus hiant undae uix eminent aequore malus. 641
nubila tanguntur uelis et terra carina.
nam pelagus qua parte sedet non celat harenas
exhaustum in cumulos omnisque in fluctibus unda est.
artis opem uicere metus: nescitque magister 645
quam frangat, cui cedat aquae. discordia ponti
succurrit miseris fluctusque euertere puppim
non ualet in fluctus: uictum latus unda repellens
erigit atque omni surgit ratis ardua uento.
non humilem Sasona uadis non litora curuae 650
Thessaliae saxosa pauent oraeque malignos
Ambraciae portus: scopulosa Ceraunia nautae
summa timent. credit iam digna pericula Caesar
fatis esse suis. tantusne euertere, dixit,
me superis labor est: parua quem puppe sedentem
tam magno petiere mari? si gloria leti 656
est pelago donata mei bellisque negamur,
intrepidus quamcunque datis mihi, numina, mortem
accipiam. licet ingentes abruperit actus
festinata dies fati, sat magna peregi: 660
Arctoas domui gentes: inimica subegi
arma metu: uidit Magnum mihi Roma secundum:

637. *periire*] sc. Caesar and Amyclas.

638. *quantus Leucadio*] 'wide as is the calm sea looked down upon from the Leucadian height, so wide an extent of dashing billows do the trembling sailors see from the top of the waves', i.e. the waves carry the boat as high as the summit of the Leucadian promontory.

643. *qua parte sedet*] 'where it sinks discloses the sands'. For *sedere* cf. III 380.

644. *exhaustum in cumulos*] 'used up to make the billows'. Weise with some MSS. reads *tumulos* but *cumulus* is elsewhere used of waves, cf. Verg. Aen. I 105 *insequitur cumulo praeruptus aquae mons. omnisque*] i.e. so that there is no water left to hide the bottom.

646. *quam frangat*] 'which wave to

meet'.

649. *ardua*] 'kept upright by every wind'.

651. *oraeque malignos*] 'the scanty harbours of the Ambracian coast'.

653. *summa*] i.e. because they are lifted as high as the summit of Ceraunia.

656. *tam magno*] 'they have assailed with so stormy a sea'.

657. *bellis*] ut illis potius occumbam. Schol.

659. *licet ingentes*] 'though my death-day hurried on by destiny have interrupted a glorious course of action'. *actus* means a course of action, *acta*, single exploits.

660. *peregi*] cf. Verg. Aen. IV 653 *uixi et quem dederat cursum fortuna peregi*.

662. *metu*] 'by fear alone'.

iussa plebe tuli fasces per bella negatos.
 nulla meis aberit titulis Romana potestas.
 nec sciet hoc quisquam, nisi tu quae sola meorum 665
 conscia uotorum es, me, quamuis plenus honorum
 et dictator eam Stygias et consul ad umbras,
 priuatum, Fortuna, mori. mihi funere nullo
 est opus, o superi: lacerum retinete cadauer
 fluctibus in mediis: desint mihi busta rogosque, 670
 dum metuar semper terraque exspecter ab omni.
 haec fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
 inualida cum puppe leuat; nec rursus ab alto
 aggere deiecit pelagi sed pertulit unda,
 scruposisque angusta uacant ubi litora saxis 675
 imposuit terrae. pariter tot regna tot urbes
 fortunamque suam tacta tellure recepit.

sed non tam remeans Caesar iam luce propinqua
 quam tacita sua castra fuga comitesque fefellit.
 circumfusa duci fleuit gemituque suorum 680
 et non ingratis incessit turba querelis:
 quo te, dure, tulit uirtus temeraria, Caesar?
 aut quae nos uiles animas in fata relinquens
 inuitis spargenda dabas tua membra procellis?
 cum tot in hac anima populorum uita salusque 685

663. *iussa*] equivalent to *coacta*.
tuli] 'I have won as a prize', like the
 Greek *φέρεσθαι*, cf. Iuv. XIII 105 *ille cru-*
cem pretium sceleris tulit, hic diadema.

664. *Romana*] i.e. no office except
 that of *rex*.

665. *nec sciet*] This is the reading given
 by Oud. following one MS. Weise with
 most MSS. gives *nesciet*, but it does not
 seem possible that *nesciet quisquam* could
 be used as equivalent to *sciet nemo*.

nisi tu] sc. Fortuna.

668. *priuatum*] i.e. in my own eyes,
 inasmuch as I am not yet a king. cf. II
 564 *non priuata cupit Romana quisquis*
in urbe Pompeium transire parat. Grotius
 compares Plutarch. Marius XLV where a
 similar sentiment is put into the mouth of
 Marius.

671. *terra...ab omni*] i.e. to come from
 every land.

672. *decimus*] equivalent to *decumanus*

and so simply 'huge'. cf. Ov. Trist. I ii
 49, 50 *qui uenit hic fluctus fluctus supere-*
minet omnes; posterior nono est undecimo-
que prior. Id. Met. XI 530 *uastius insur-*
gens decimae ruit impetus undae.

675. *scruposisque*] 'and where a nar-
 row belt of shore is clear of rugged rocks'.

678. *remeans*] sc. to Epirus: he start-
 ed to return the same night and arrived
 early on the next morning: his actions at
 Brundisium are not recounted. Weise.

679. *fefellit*] cf. Verg. Aen. II 774
comites natumque uirumque fefellit.

680. *suorum*] is dependent on *turba*,
 cf. *supr.* 387.

681. *non ingratis*] 'welcome to his
 ears'.

684. *inuitis*] 'did you expose your
 limbs to be scattered by the storms that
 had no will to harm you', i.e. as they had
 shown by preserving him notwithstanding
 his rashness.

pendeat et tantus caput hoc sibi fecerit orbis,
 saeuitia est uoluisse mori. nullusne tuorum
 emeruit comitum fatis non posse superstes
 esse tuis? cum te raperet mare corpora segnis 689
 nostra sopor tenuit: pudet, heu, tibi causa petendae
 haec fuit Hesperiae: uisum est committere quemquam
 tam saeuo crudele mari. sors ultima rerum
 in dubios casus et prona pericula mortis
 praecepitare solet: mundi iam summa tenentem
 permisisse mari. tantum quid numina lassas? 695
 sufficit ad belli summam fauor iste laborque
 Fortunae quod te nostris impegit harenis?
 hine usus placuere deum, non rector ut orbis,
 nec dominus rerum, sed felix naufragus esses?
 talia iactantis discussa nocte serenus 700
 oppressit cum sole dies, fessumque tumentis
 composuit pelagus uentis patientibus undas.
 nec non Hesperii lassatum fluctibus aequor
 ut uidere duces purumque insurgere caelo
 fracturum pelagus Boream, soluere carinas, 705
 quas uentus doctaeque pari moderamine dextrae

686. *pendeat*] equivalent to *uertatur*: the usual construction is *pendere ab* or *ex*, cf. 769 *infr.* but see Cic. in Pison. § 98 *neque in tabellis paucorum iudicium, sed in sententiis omnium ciuium famam nostram fortunamque pendere.*

tantus] 'so great a portion of the world has made you its head'.

690. *tibi causa*] 'your reason for seeking Italy was that you thought it cruel to expose any to so fierce a sea', i.e. any other, and so you went yourself.

692. *sors ultima rerum*] 'the extreme of misery'. See note on VII 122; here it is opposed to *mundi summa tenentem*. See also Ov. Met. XIV 489 *sors autem ubi pessima rerum*.

693. *mortis*] 'headlong risks of death'. Oud. with one MS. reads *morti*, 'risks leading down to death'.

695. *permisisse*] This is to be taken as an exclamatory infinitive, 'to think of having exposed to the risks of the sea one who is already ruler of the world'.

696. *sufficit*] 'is it enough for the favour of Fortune and her toil on your be-

half to have done for the completion of the war, that she has driven you upon our shores?' i.e. the favour of Fortune should not be wasted on such a matter as your safe passage.

698. *hinc usus*] 'is this the way you would employ the favour of the gods?'

702. *composuit*] 'the weary sea calmed its swelling billows, the winds allowing it'. Here the sea is said to calm the waves, more often the winds themselves are said to do so, cf. Hor. *carm.* I ii 16; Soph. Ajax 674 *δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε στένοντα πόντον*.

703. *Hesperii...duces*] 'the chieftains in Italy', sc. Antonius and Calenus. See note on I 106.

705. *fracturum*] 'ready to break the sea's force', i.e. by blowing continuously in one direction.

Boream] Caesar B. C. III 26 says *nacti Austrum naues soluunt*. Auster is mentioned below 721 as succeeding to Boreas.

706. *uentus*] cf. Hom. Od. XI 10 *τὴν τ' ἀνεμὸς τε κυβερνήτης τ' ἔθνευεν*. *doctae*] 'the skilled hands', i.e. of the

permixtas habuere diu: latumque per acquor,
 ut terrestre coit consortis puppibus agmen.
 sed nox saeva modum uenti uelique tenorem
 eripuit nautis excussitque ordine puppes. 710
 Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
 poturae te, Nile, grues, primoque uolatu
 effingunt uarias casu monstrante figuras.
 mox ubi percussit tensas Notus altior alas,
 confusos temere immixtae glomerantur in orbes, 715
 et turbata perit dispersis littera pennis.
 cum primum redeunte die uiolentior aer
 puppibus incubuit Phoebeo concitus ortu,
 praetereunt frustra temptati litora Lissi,
 Nymphaeumque tenent. nudas Aquilonibus undas 720
 succedens Boreae iam portum fecerat Auster.

undique collatis in robur Caesaris armis,
 summa uidens duri Magnus discrimina Martis
 iam castris instare suis, seponere tutum
 coniugii decreuit onus, Lesboque remota 725
 te procul a saeui strepitu, Cornelia, belli

pilots. Weise adopts *duetae*, an emendation of Gronovius which seems unnecessary.

pari moderamine] 'with even guidance'.

707. *permixtas habuere*] 'kept united'.

709. *nox saeva*] There is a difficulty about this expression: it appears from line 717 that the night was calm, and that this caused the order of the ships to be disturbed, on which account the night is called *saeva* as causing delay to their passage: but the simile which follows would seem to suit better with a disturbance brought about by contrary winds. Weise.

modum uenti uelique tenorem] 'the suitable amount of wind and the even course of the sails'.

711. *Strymona*] cf. VII 832 foll.

712. *Nile*] cf. Aristoph. Aves 710 σπείρειν μὲν ὅταν γέρας κῶζουσ' ἐς τὴν Λιβύην μεταχωρῇ.

713. *casu*] 'chance instinct', sc. non ratione.

figuras] i.e. the shapes of letters V or A; cf. Milton's Paradise Lost VII 425 foll. 'Part more wise In common, ranged in figure, wedge their way, Intelligent of

seasons, and set forth Their airy caravan, high over seas Flying, and over lands, with mutual wing Easing their flight'.

715. *confusos*] 'are gathered into huddled masses'.

716. *littera*] sc. *figura*, Oud. cf. Claudian B. Gild. 476, 477 *ordinibus nariis per nubila textitur ales littera, pennarumque notis inscribitur aer*. See also Mart. XIII 75 *turbabis uersus nec littera tota uolabit, unam perdidit si Palamedis auem*. Cic. N. D. II § 125.

719. *frustra temptati*] 'where they in vain essay to land'.

720. *undas*] 'Auster succeeding to Boreas had now made the waters exposed to the north winds a safe harbour'. cf. the use of *in portu esse uel nauigare* for 'to be safe' Ter. Andr. III i 22 (480) *nunc huius periculo sit, ego in portu nauigo*. Cic. ad fam. IX vi § 4 *his tempestatibus es prope solus in portu*.

722. *collatis in robur*] 'gathered to their full strength'.

725. *remota*] Grotius and Weise with some MSS. read *remotam*, but *remota* appears to have the better authority.

occulere. heu quantum mentes dominatur in aequas
iusta Venus. dubium trepidumque ad proelia, Magne,
te quoque fecit amor: quod nolles stare sub ictu
Fortunae quo mundus erat Romanaque fata 730
coniunx sola fuit. mentem iam uerba paratam
destituunt, blandaque iuuat uentura trahentem
indulgere morae et tempus subducere fatis.
nocte sub extrema pulso torpore quietis
dum fouet amplexu grauidum Cornelia curis 735
pectus et auersi petit oscula grata mariti:
umentis mirata genas percussaque caeco
uolnere, non audet flentem deprendere Magnum.
ille gemens, uita non nunc mihi dulcior, inquit,
cum taedet uitae, laeto sed tempore, coniunx, 740
uenit maesta dies et quam nimiumque parumque
distulimus: iam totus adest in proelia Caesar.
cedendum est bellis: quorum tibi tuta latebra
Lesbos erit. desiste preces temptare: negaui
iam mihi: non longos a me pati re recessus. 745
praecipites aderunt casus: properante ruina
summa cadunt. satis est audisse pericula Magni:
meque tuus decepit amor ciuilia bella
si spectare potes. nam me iam Marte parato
securus cepisse pudet cum coniuge somnos, 750
eque tuo, miserum quatiunt cum classica mundum,

727. *aequas*] *bonas, pias* Grotius: but it might also be taken as equivalent to *constantis*, i.e. generally firm, cf. Hor. *carm.* II iii 1.

728. *iusta*] equivalent to *legitima*, 'lawful love'. cf. II 379.

729. *quod*] is the relative, 'the reason why you were unwilling', cf. note on I 24 Verg. *Aen.* II 180, Lucret. IV 885 with Dr Munro's note.

sub ictu] 'exposed to fortune's blow'.

732. *blandaue iuuat*] 'indulging in tempting delay to put off what must come, and steal some moments from destiny'.

736. *auersi*] 'who turns away from her'.

737. *cacco*] i.e. whose cause is hidden from her.

738. *flentem deprendere*] 'to detect

Magnus in the act of weeping', cf. Stat. *Theb.* II 337—339 *quotiens haec ora natatae fletibus et magnas latrantia pectora curas admota deprendo manu*.

739. *uita non nunc*] 'dearer to me than life, I say not now when life is a burden to me, but in times of happiness'.

741. *nimium*] ad belli rationem; *parum*, ad affectum. Scholiast.

742. *totus*] 'with all his force', cf. II 485. Hor. *carm.* I xix 9 *in me tota ruens Venus*.

744. *negauit iam mihi*] 'I have already said 'no' to myself' sc. *cupienti te retinere*.

747. *summa*] cf. I 70 *summisque negatum stare diu*.

748. *meque tuus*] 'I have been deceived in your love of me if you can endure the spectacle of civil war'.

surrexisse sinu. uereor ciuilibus armis
 Pompeium nullo tristem committere damno.
 tutior interea populis et tutior omni
 rege late, positamque procul fortuna mariti 755
 non tota te mole premat. si numina nostras
 impulerint acies, maneat pars optima nostri;
 sitque mihi, si fata premant uictorque cruentus,
 quo fugisse uelim. uix tantum infirma dolorem
 cepit et adtonito cessere e pectore sensus. 760
 tandem uix maestas potuit proferre querelas:
 nil mihi de fatis thalami superisque relictum est,
 Magne, queri: nostros non rumpit funus amores
 nec diri fax summa rogi; sed sorte frequenti
 plebeiaque nimis careo dimissa marito. 765
 hostis ad aduentum rumpamus foedera taedae:
 placemus socerum. sic est tibi cognita, Magne,
 nostra fides? credisne aliquid mihi tutius esse
 quam tibi? non olim casu pendemus ab uno?
 fulminibus me, saeue, iubes tantaeque ruinae 770
 absentem praestare caput? secura uidetur
 sors tibi, cum facias etiam nunc uota, perisse?
 ut nolim seruire malis, sed morte parata
 te sequar ad manes; feriat dum maesta remotas

752. *uereor ciuilibus armis*] 'I fear to engage Pompeius in civil strife unsaddened by any loss', pudet me in hoc ciuili bello, quo omnes coniugibus ac liberis carere debent, laetum ob uxoris praesentiam spicari. Grotius.

757. *impulerint*] 'shall dash to ruin', cf. note on 108 supr.

pars] cf. Hor. carm. i. iii. 8 *et serues animae dimidium meae*. Ov. Trist. ii. 43, 44 *at nunc, ut peream, quoniam caret illa periculo, dimidia certe parte superstes ero*.

760. *cepit*] 'could scarce endure', cf. Ov. Nux. 4 *publica cum lentam non capit ira moram*.

763. *nostros non rumpit*] 'it is not death that breaks off our love'.

764. *sed sorte*] hoc est quod uolgo fit et quod ignobilibus contingit, repudio a te discedo. Schol.

765. *dimissa*] 'as though divorced', cf. Suet. Tib. 49 *femina dimissa e matrimonio*.

766. *hostis ad aduentum*] ironical: as if Caesar were angry at his daughter's place being taken by another wife.

767. *sic est tibi cognita*] cf. Verg. Aen. ii. 44 *sic notus Vlises?*

769. *non olim*] 'have we not long been dependent on one and the same fortune?'

771. *absentem*] 'apart from you'.

secura uidetur] 'does it seem to you an easy lot for me to have already perished while you are still praying for success?' i.e. for me to be as good as dead owing to my separation from you, while success is still possible for you.

773. *malis*] neuter, not, as Weise takes it, equivalent to *hostibus*: 'though I should refuse to yield slavishly to misfortune, but by a self-sought death follow you to the shades, still I am to survive you till the sad news of your death reach those distant shores': for *morte parata*, cf. viii. 32.

fama procul terras, uiuam tibi nempe superstes. 775
 adde quod adsuescis fatis tantumque dolorem,
 crudelis, me ferre doces. ignosce fatenti:
 posse pati timeo. quod si sunt uota deisque
 audior, euentus rerum sciet ultima coniunx.
 sollicitam rupes iam te uictore tenebunt, 780
 et puppim quae fata ferat tam laeta timebo.
 nec soluent audita metus mihi prospera belli,
 cum uacuis proiecta locis a Caesare possim
 uel fugiente capi. notescent litora clari
 nominis exsilio, positaque ibi coniuge Magni 785
 quis Mitylenaeas poterit nescire latebras?
 hoc precor extremum, si nil tibi uicta relinquent
 tutius arma fuga, cum te commiseris undis,
 quolibet infaustam potius deflecte carinam:
 litoribus quaerere meis. sic fata, relictis 790
 exsiluit stratis amens, tormentaue nulla
 uolt differre mora. non maestis pectora Magni
 sustinet amplexu dulci non colla tenere:
 extremusque perit tam longi fructus amoris:
 praecipitantque suos luctus: neuterque recedens 795
 sustinuit dixisse uale: uitamque per omnem
 nulla fuit tam maesta dies. nam cetera damna
 durata iam mente malis firmaque tulerunt.
 labitur infelix manibusque excepta suorum
 fertur ad aequoreas, ac se prosternit, harenas, 800

775. *nempe*] 'on your shewing' i.e. if I do as you would have me do.

776. *adsuescis fatis*] 'you are accustoming me to my doom': for the active use of *adsuere* cf. Hor. Sat. I iv 105 *insueuit pater optimus hoc me*, Id. Sat. II ii 109, 110 *hic qui pluribus adsuerit mentem corpusque superbum*.

778. *patis*] 'to endure your absence'.
quod si sunt uota] 'but if prayers are of any avail'.

779. *sciet ultima*] 'will be the last to hear of your success'.

783. *proiecta*] 'cast ashore', 'abandoned'.

784. *capi*] i.e. as a hostage.

785. *nominis*] the name put for the person, cf. Verg. G. III 35, 36 *demissae-*

que ab Ioue gentis nomina Troesque parens et Troiae Cynthius auctor.

787. *hoc precor*] This is an answer to 758 *sit mihi quo fugisse uelim*.

789. *quolibet*] 'turn your unhappy bark to any other land in preference; you will be looked for on the shores where I am dwelling'.

791. *tormenta*] i.e. the pain of parting.

794. *perit*] 'is thrown away'.

795. *neuterque...uale*] These words, although found in almost all MSS., are bracketed as spurious by Cortius on account of the repetition of the word *sustinere*, but such repetitions are by no means rare in Lucan.

798. *durata...malis*] 'hardened by misery'.

litoraue ipsa tenet tandemque illata carinae est.
 non sic infelix patriam portusque reliquit
 Hesperios, sacui premerent cum Caesaris arma.
 fida comes Magni uadit duce sola relicto
 Pompeiumque fugit. quae nox sibi proxima uenit
 insomnis. uiduo tum primum frigida lecto 806
 atque insucta quies uni nudumque marito
 non haerente latus. somno quam saepe grauata
 deceptis uacuom manibus complexa cubile est,
 atque oblita fugae quaesiuit nocte maritum. 810
 nam flamma quamuis tacitas urgente medullas
 non iuuat in toto corpus iactare cubili:
 seruatur pars illa tori. caruisse timebat
 Pompeio: sed non superi tam lacta parabant.
 instabat miserae Magnum quae redderet hora. 815

801. *carinae est*] Weise is of opinion that the book ended with these words, and that the remainder is spurious: his words are 'arguunt v. 804 *uadit*, v. 805 *sibi*, 807 *frigida quies*, deinde illa inepta v. 811 *nam flamma* &c. *non iuuat* &c., ut non dubitauerim totum hunc locum includere, adiectum ab aliquo cui nimis uideretur abruptus finis in uersu 801'.

804. *uadit*] 'departs'. Weise objects to this use of the word, but cf. VII 33 *tu uelut Ausonia uadis moriturus in urbe*.

805. *sibi*] for *illi* seems indefensible, though Oud. tries to defend it. *tibi* is found in some MSS., and though the transition is abrupt, this is possibly right, see note on III 281.

806. *frigida*] cf. Ov. Heroid. XIX 69 *cur ego tot nidas exegi frigida noctes?*

807. *nudum*] 'deserted', 'unprotected'.

809. *deceptis*] cf. Ov. Met. XI 674, 675 *ingemit Alcyone lacrimans motatque laceratos per somnum, corpusque petens amplectitur auras*.

811. *nam flamma quamuis*] licet amore uexaretur, tamen non iactabat corpus per totum torum, ut amantes prae molestia consueuere, sed partem, tanquam si uir adesset, seruabat intactam. Sulpitius.

813. *caruisse*] 'to have lost for ever'.

815. *instabat*] i.e. recepit, sed uictum: quod peius quam non recipere. Grotius.

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIAE
LIBER SEXTUS.

ARGUMENT OF BOOK VI.

Caesar attempts to capture Dyrrhachium, but is anticipated by Pompeius: description of the place 1—28. Caesar builds a wall of circumvallation: pestilence in Pompeius' camp, and famine in Caesar's 29—117. Pompeius attacks one of Caesar's outworks, and is repulsed by the centurion Scaeva 118—262, but is successful in attacking another, and escapes from the blockade 263—313. Caesar marches into Thessaly and is followed by Pompeius 314—332: description of Thessaly 333—412. Sextus Pompeius determines to consult the Thessalian witches 413—451, description of their magic arts 452—506. Account of Erichtho 507—569. Sextus enquires of her about the future; she promises her aid 570—623. Erichtho brings to life a corpse, who answers her questions and again dies 624—830.

Postquam castra duces pugnae iam mente propinqui
imposuere iugis admotaque comminus arma,
parque suum uidere dei, capere omnia Caesar
moenia Graiorum spernit, Martemque secundum
iam nisi de genere fati debere recusat. 5
funestam mundo uotis petit omnibus horam
in casum quae cuncta ferat: placet alea fati
alterutrum mersura caput. ter collibus omnes
explicuit turmas et signa minantia pugnam,

1. *pugnae*] Comparing this passage with IX 225 *aperta mente fugae* it seems best to take *pugnae* as genitive, 'nearing each other with intent to fight': but it is possible that it may be dative depending on *propinqui*, i.e. 'now in their thoughts drawing nigh to battle'.

3. *par suum*] 'their chosen pair of combatants', cf. 191 *infr.* Sen. dial. I ii § 9 *ecce spectaculum dignum ad quod respi-*

ciat intentus operi suo deus, ecce par deo dignum, uir fortis cum fortuna mala compositus, utique si et prouocauit.

5. *debere recusat*] i.e. he is afraid of wasting the favour of fortune in minor successes, cf. V 696.

7—8. *alea—mersura*] For the confusion of metaphor cf. Iuv. X 57, 58 *mergit longa atque insignis honorum pagina.*

9. *explicuit*] 'deployed', a technical

testatus numquam Latiae se deesse ruinae. 10
 ut uidet ad nullos exciri posse tumultus
 in pugnam generum sed clauso fidere uallo,
 signa mouet, tectusque uia dumosa per arua
 Dyrrhachii praeceps rapiendas tendit ad arces.
 hoc iter aequoreo praecepit limite Magnus, 15
 quemque uocat collem Taulantius incola Petram
 insedit castris Ephyraeaeque moenia scruat
 defendens tutam uel solis turribus urbem.
 non opus hanc ueterum nec moles structa tuetur
 humanusque labor, facilis, licet ardua tollat, 20
 cedere uel bellis uel cuncta mouentibus annis:
 sed munimen habet nullo quassabile ferro
 naturam sedemque loci. nam clausa profundo
 undique praecipiti scopulisque uomentibus aequor
 exiguo debet quod non est insula colli. 25
 terribiles ratibus sustentant moenia cautes,
 Ioniumque furens rapido cum tollitur Austro,
 templa domosque quatit spumatque in culmina pontus,
 huc auidam belli rapuit spes improba mentem

military term, cf. Verg. G. II 280 *ut saepe ingenti bello cum longa cohortes explicuit legio*.

10. *testatus*] 'proving that he was ever ready to work Latium woe'.

11. *ad nullos*] 'to meet no alarms', cf. Liv. VI 27 *ad belli Praenestini famam nouas legiones scribendas consueuerunt*. Iuv. XIII 223 *ad omnia fulgura pallent*.

13. *tectusque uia*] 'sheltered by a path through the wooded country'.

15. *hoc iter*] 'this march Pompeius forestalled by following the coast-line'. cf. Stat. Theb. VIII 328 *celeris neu praecipite Parcas*.

praecepit] According to Caesar B. C. III 41, 42 he forestalled Pompeius and interposed his forces between Pompeius and Dyrrhachium, *Pompeius, interclusus Dyrrhachio, ubi propositum tenere non potuit, secundo usus consilio edito loco, qui adpellatur Petra...castra communit*.

17. *Ephyraea*] i.e. Corinthian. Dyrrhachium, formerly Epidamnus, was a colony from Corcyra, and its oecist Phalius came from Corinth, the metropolis of Corcyra, cf. Thuc. I xx.

18. *uel solis turribus*] i.e. even with-

out a garrison.

20. *facilis*] 'ever ready, though it pile its buildings high, to yield', cf. II 656 *Roma capi facilis*.

21. *cuncta mouentibus annis*] Oud. cf. Cic. pro Marcell. § 11 *nihil est enim opere aut manu factum quod aliquando non conficiat et consumat uetustas*.

22. *quassabile*] This word appears to occur nowhere else.

24. *praecipiti*] 'rapidly deepening', or perhaps 'violent', cf. Val. Flacc. III 404 *oceani praecipit fragor*.

uomentibus] sc. *refundentibus*.

26. *terribiles*] 'cliffs, the terror of ships, support its walls'.

28. *spumatque in culmina*] 'dashes its foam upon the roofs'.

29. *huc*] i.e. to Dyrrhachium.

auidam] 'Caesar with his heart set on war'.

improba] 'extravagant': cf. Mommsen Bk. v c. x 'nearly the half of Caesar's troops was detached to the interior; it seemed almost Quixotic to propose with the rest virtually to besiege an army perhaps twice as strong, concentrated in position and resting on the sea and the fleet'.

Caesaris, ut uastis diffusum collibus hostem 30
 cingeret ignarum ducto procul aggere ualli.
 metitur terras oculis: nec caespite tantum
 contentus fragili subitos adtollere muros,
 ingentes cautes auolsaque saxa metallis
 Graiorumque domos direptaque moenia transfert. 35
 exstruitur, quod non aries impellere saeuus,
 quod non ulla queat uiolenti machina belli.
 franguntur montes planumque per ardua Caesar
 ducit opus: pandit fossas turritaque summis
 disponit castella iugis, magnoque recursu 40
 amplexus fines saltus nemorosaque tesqua
 et siluas uastaque feras indagine claudit.
 non desunt campi non desunt pabula Magno,
 castraque Caeseo circumdatus aggere mutat.
 flumina tot cursus illic exorta fatigant 45
 illic mersa suos: operumque ut summa reuisat
 defessus Caesar mediis intermanet agris.
 nunc uetus Iliacos adtollat fabula muros
 adscribatque deis: fragili circumdata testa
 moenia mirentur refugi Babylonia Parthi. 50
 en quantum Tigris, quantum celer ambit Orontes,
 Assyriis quantum populis telluris Eoae
 sufficit in regnum, subitum bellicae tumultu

31. *procul*] i.e. so as to escape the notice of Pompeius.

33. *subitos*] 'hastily built', equivalent to *subitarios*, cf. I 517.

34. *metallis*] 'quarries', cf. IV 304.

38. *planumque per ardua*] 'draws a rampart of even height across the hills'. editoribus locis deiectis, atque humilibus exaltatis aequauit opus. Farnabius.

40. *magnoque recursu*] 'and in a vast sweep embraces territories &c.' Oud. with some MSS. reads *recessu*.

42. *indagine*] 'line of toils', a hunting term, cf. Verg. Aen. IV 121.

44. *mutat*] 'has room to shift his camp'.

45. *flumina tot*] i.e. there is room within Caesar's lines for rivers to rise, turn their whole course and fall into the sea.

cursus fatigant] 'exhaust their course', i.e. 'run all their course', cf. Verg. Aen.

VIII 94 *olli remigio noctemque diemque fatigant*.

46. *mersa*] i.e. in mare.

summa] 'the furthest point'.

47. *intermanet*] i.e. for the night; there is not time to visit both ends in one day.

49. *deis*] cf. Verg. Aen. IX 144 *moenia Troiae Neptuni fabricata manu*.

testa] cf. Ov. Met. IV 57, 58 *dicitur altam coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem*. Iuv. X 171 *cum tamen a figulis munitam intrauerit urbem*.

50. *refugi*] quia post se sagittas iaciunt in bello fugientes. Schol.

Parthi] The site of Babylon was included in the Parthian kingdom, but it is not improbable that Lucan confounds Babylon with Ctesiphon, cf. note on I 10.

51. *Tigris*] refers probably to Ctesiphon, *Orontes* to Antioch, *Assyrio* to Nineveh.

raptum clausit opus. tanti perire labores.
 tot potuere manus adiungere Seston Abydo, 55
 ingestoque solo Phryxum elidere pontum,
 aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis,
 et ratibus longae flexus donare Maleae,
 aut aliquem mundi, quamvis natura negasset,
 in melius mutare locum. coit area belli: 60
 hic alitur sanguis terras fluxurus in omnes:
 hic et Thessalicae clades Libyaeque tenentur.
 aestuat angusta rabies ciuilis harena.

prima quidem surgens operum structura fefellit
 Pompeium: ueluti mediae qui tutus in aruis 65
 Sicaniae rabidum nescit latrare Pelorum:
 aut uaga cum Tethys Rutupinaque litora feruent,
 unda Caledonios fallit turbata Britannos.
 ut primum uasto saeptas uidet aggere terras,
 ipse quoque a tuta deducens agmina Petra 70
 diuersis spargit tumulis, ut Caesaris arma
 laxet et effuso claudentem milite tendat.
 ac tantum saepti uallo sibi uindicat agri,

54. *raptum*] *properatum* Weise.
perire] 'were wasted', because the
 blockade was unsuccessful.

55. *Seston*] cf. II 674 *Sestonque ad-*
monit Abydo.

56. *elidere*] 'to break the force of',
 cf. Cic. T. D. II § 27 *poetae neruos omnis*
uirtutis elidunt: the passage seems to sug-
 gest the building of a mole rather than of
 a bridge.

57. *Pelopis*] 'to cut off Corinth from
 the broad realms of Pelops'. Oud. cf. Stat.
 Silu. IV III 56 foll. *hae possent et Athon*
cauare dextrae, et maestum pelagus ge-
mentis Helles intercludere ponte non na-
tanti: his paruis, Lecheo nihil utante,
Inous freta miscuisset Isthmos. The cut-
 ting through of the Isthmus was projected
 and actually commenced by Nero, cf.
 Plin. II. N. IV § 10.

58. *ratibus*] 'to save ships the round-
 ing of the long Malcan headland', cf. Sil.
 Ital. I 486, 487 *niualet Pyreneu Alpesque*
tibi mea dextera donat.

59. *aliquem*] 'some considerable por-
 tion of the world'. cf. Iuv. I 73, 74 *aule*
aliquid breuius Gyaris et carcere dignum
si uis esse aliquis. Id. II 149 *esse aliquos*

manes.

60. *in melius*] 'for the better', e.g.
 by draining, cf. Hor. A.P. 65 foll.
coit] 'the field of war is contracted'.

area] equivalent to *campus*, cf. Ov.
 Amor. III i 25, 26 *caue facta uirorum*;
haec animo, dices, area digna meo.

61. *alitur*] 'is kept alive'.

62. *clades*] 'herein are enclosed the
 massacres of Thessaly and Libya', i.e. all
 who are destined to fall in the battles
 of Pharsalia and Thapsus. Compare the
 use of *egestas* in III 152.

63. *aestuat*] cf. Iuv. X 169 *aestuat in-*
felix angusto limite mundi.

66. *latrare*] 'rave', cf. Verg. Aen.
 VII 586—589 *ille uelut pelagi rupes im-*
mota resistit—quae sese multis circum la-
trantibus undis mole tenet.

67. *Rutupina*] sc. Rutupiae, Richbo-
 rough, on the coast of Kent, famous for
 its oysters, cf. Iuv. IV 141.

71. *ut Caesaris arma*] 'to loosen Cae-
 sar's array, and make him extend his en-
 closing line by dispersing his troops'.

72. *claudentem*] sc. *Caesarem*, identi-
 fied with his troops, cf. VII 653 *ac se tam*
multo pereuntem sanguine uidit.

parua Mycenaeae quantum sacrata Dianae
 distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma: 75
 quoque modo Romae praelapsus moenia Tybris
 in mare descendit, si nusquam torqueat amnem.
 classica nulla sonant iniussaue tela uagantur:
 et fit saepe nefas iaculum temptante lacerto.
 maior cura duces miscendis abstrahit armis: 80
 Pompeium exhaustae praebenda ad pabula terrae,
 quae currens obtruiit eques, gradibusque citatis
 ungula frondentem discussit cornea campum.
 belliger adtonsis sonipes defessus in aruis,
 aductos cum plena ferant praeseptia culmos, 85
 ore nouas poscens moribundus labitur herbas,
 et tremulo medios abruptit poplite gyros.
 corpora dum soluit tabes et digerit artus,
 traxit iners caelum fluidae contagia pestis
 obscuram in nubem. tali spiramine Nesis 90
 emittit Stygium nebulosis aera saxis,
 antraque letiferi rabiem Typhonis anhelant.
 inde labant populi caeloque paratior unda
 omne pati uirus durauit uiscera caeno.

74. *Mycenaeae*] because the image of Diana Taurica was said to have been brought by Orestes to Mycenae. cf. I 446, III 86.

75. *Aricia*] cf. Strabo V 12 (239) *μετὰ δὲ τὸ Ἀλβανὸν Ἀρικία ἐστὶ πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίας· στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Πρώτης ἑκατὸν ἐξήκοντα*.

76. *quoque modo*] i.e. *modum quo*: 'the distance at which'. quantum Roma distat ab ostio Tiberis, recta linea. Weise.

77. *descendit*] For this rhetorical use of the indicative, cf. Verg. G. II 133 and Conington's note.

78. *iniussa*] i.e. the darts that fly are contrary to orders.

79. *nefas*] i.e. the slaughter of a fellow-citizen or even of a relative. cf. notes on I 1, II 4.

temptante] 'practising', i.e. not in intentional combat, but accidentally.

81. *Pompeium*] i.e. abstrahunt bellis terrae exhaustae 'the land drained of its supply of fodder'.

84. *belliger*] Grotius rightly explains this passage as follows, *sensus uidetur esse*

culmorum aridorum satis fuisse in praeseptibus, sed ab equis desideratas herbas uirides.

adtonsis] 'close-mown', cf. Verg. G. I 71 *tonsas cessare nouales*.

83. *aductos—culmos*] 'imported straw'.

87. *tremulo*] 'with quivering haunches breaks off its wheelings in the midst'.

88. *digerit*] 'disperses'.

89. *traxit*] 'the stagnant air gathered the contagion of a spreading plague into a murky cloud'.

fluidae] cf. Cic. T. D. IV § 2 *Pythagorae autem doctrina cum longe lateque fluere*.

90. *spiramine*] cf. Verg. Aen. VII 568 *hic specus horrendum saeui spiracula Ditis Nesis*] An island in the bay of Puteoli, cf. Plin. H. N. XIX § 146. Weise.

92. *antraque*] sc. *tali spiramine*.

anhelant] 'breathe out', cf. Mart. VI xlii 14 *sicas pinguis onyx anhelat aestus*.

93. *caeloque paratior*] 'the water always more readily affected by poison than the air'.

94. *durauit uiscera*] i. e. constrinxit aluom.

iam riget atra cutis distentaque lumina rumpit: 95
 igneaque in uultus et sacro feruida morbo
 pestis abit, fessumque caput se ferre recusat.
 iam magis atque magis praeceps agit omnia fatum:
 nec medii dirimunt morbi uitamque necemque,
 sed languor cum morte uenit: turbaque cadentum 100
 aucta lues, dum mixta iacent incondita uiuis
 corpora. nam miseros ultra tentoria ciues
 spargere funus erat. tamen hos minucere labores
 a tergo pelagus, pulsusque Aquilonibus aer,
 litoraue, et plenae peregrina messe carinae. 105

at liber terrae spatiosis collibus hostis
 aere non pigro nec inertibus angitur undis:
 sed patitur saeuam ueluti circumdatus arta
 obsidione famem. nondum surgentibus altam
 in segetem culmis cernit miserabile uolgus 110
 in pecudum cecidisse cibos et carpere dumos,
 et foliis spoliare nemus, letumque minantis
 uellere ab ignotis dubias radicibus herbas.
 quae mollire queunt flamma, quae frangere morsu,
 quaeque per abrasas utero demittere fauces, 115
 plurimaque humanis ante hoc incognita mensis
 diripiens miles, saturum tamen obsidet hostem.

ut primum libuit ruptis euadere claustris

95. *iam riget*] 'the skin grows hard and black, and bursts the starting eyes'.

96. *sacro—morbo*] 'erysipelas', cf. Verg. G. III 566. Weise refers to the description of the plague in Sen. Oedip. 190 foll. *en sacer ignis pascitur artus* &c.

97. *se ferre*] 'to bear its own weight'.

98. *praeceps*] to be taken as an adjective with *fatum*, not adverbially, which seems to be a later use, cf. Amm. Marc. XXIX 1 *praeceps in exsilium acti*.

99. *medii—morbi*] 'an interval of sickness'.

101. *incondita*] 'unburied'. I can find no other instance of this use of the word, but cf. Columel. I cap. 5 *situs inconditos conditosque fructus corrumpit*, i.e. 'whether put in the storehouse or not'.

103. *funus erat*] 'was all the burial rites they had'.

104. *pulsus*] 'set in motion', so that it ceased to be *iners*, cf. 89. *supr.*

106. *liber terrae*] 'with free range over the land', cf. Stat. Silu. IV ii 24 *liberior campi*.

110. *cernit*] sc. Caesar.

111. *in pecudum*] 'had thrown themselves on the ground to eat the food of beasts'.

113. *dubias*] 'doubtfully wholesome'; so *anceps* is used by Iuv. V 146 *uilibus ancipites fungi ponentur amicis*.

114. *quae mollire queunt*] sc. *milites* (but the singular *miles* is put carelessly in line 117), 'whatever they can soften by roasting'.

115. *abrasas*] 'made sore', i.e. by the hardness of the food, cf. Pers. III 113, 114 *tenero latet ulcus in ore putre quod hand deceat plebeia radere beta*.

Pompeio cunctasque sibi permittere terras:
 non obscura petit latebrosae tempora noctis, 120
 et raptum furto soceri cessantibus armis
 dedignatur iter: latis exire ruinis
 quaerit et impulso turres confringere uallo,
 perque omnes gladios et qua uia caede paranda est.
 opportuna tamen ualli pars uisa propinqui, 125
 quam Minuci castella uocant, et confraga densis
 arboribus dumeta tegunt. huc puluere nullo
 proditus agmen agit subitusque ad moenia uenit.
 tot simul e campis Latiae fulsere uolucres:
 tot cecinere tubae. ne quid uictoria ferro 130
 deberet, pavor adtonitos confecerat hostes.
 quod solum ualuit uirtus, iacuere perempti
 debuerant quo stare loco: qui uolnera ferrent
 iam deerant, nimbusque ferens tot tela peribat.
 tum piceos uoluunt immissae lampades ignes: 135
 tum quassae nutant turres lapsumque minantur:
 roboris impacti crebros gemit agger ad ictus.
 iam Pompeianae celsi super ardua ualli
 exierant aquilae: iam mundi iura patebant.
 quem non mille simul turmis nec Caesare toto 140
 auferret Fortuna locum, uictoribus unus
 eripuit uetuitque capi: seque arma tenente
 ac nondum strato Magnum uicisse negauit.
 Scaeuia uiro nomen: castrorum in plebe merebat

119. *sibi permittere*] 'give himself free range over all the country'.

122. *latis...ruinis*] 'by a broad breach'.

123. *impulso*] 'to break down the towers and level the earthworks'.

126. *Minuci castella*] From Appian B. C. II § 60 it appears that the full name of the Scaeva mentioned below was Minucius Scaeva, and this place was probably called after him: see Weise's note.

confraga] 'rugged', cf. Stat. Theb. IV 494 *Gaetulae stabulantem ad confraga siluae*.

129. *uolucres*] i.e. *aquilae*.

131. *confecerat*] 'had ruined', or it may be taken with *adtonitos*, 'had thrown into panic', cf. Cic. de inuent. I § 106 in hac

primum animum auditoris mitem et misericordem conficere oportet.

132. *quod solum*] 'the only thing that valour could effect'.

134. *nimbus ferens tot tela*] is equivalent to *tot telorum nimbus*.

peribat] 'was wasted', because there were none left to be slain.

137. *roboris*] i.e. timber used as a battering ram.

139. *iam mundi*] 'already the world was all before them', i.e. they could march where they chose.

140. *Caesare toto*] 'by all Caesar's forces'. cf. V 742.

142. *seque*] 'and so long as he could wield his arms'.

ante feras Rhodani gentes: ibi sanguine multo 145
 promotus Latiam longo gerit ordine uitem.
 pronus ad omne nefas, et qui nesciret in armis
 quam magnum uirtus crimen ciuilibus esset.
 hic ubi quaerentis socios iam Marte relicto
 tuta fugae cernit, quo uos pauor, inquit, abegit 150
 impius et cunctis ignotus Caesaris armis?
 [o famuli turpes, seruom pecus, absque cruore]
 terga datis morti? cumulo uos deesse uirorum
 non pudet et bustis interque cadauera quaeri?
 non ira saltem, iuuenes, pietate remota 155
 stabitis? e cunctis per quos erumperet hostis
 nos sumus electi. non paruo sanguine Magni
 ista dies ierit. peterem felicior umbras
 Caesaris in uoltu: testem hunc Fortuna negauit,
 Pompeio laudante cadam. confringite tela 160
 pectoris incursu iugulisque retundite ferrum.
 iam longinqua petit puluis sonitusque ruinae
 securasque fragor concussit Caesaris aures.
 uincimus, o socii; ueniet qui uindictet arces
 dum morimur. mouit tantum uox illa furorem, 165

145. *ante feras*] 'before the war with the fierce tribes of Rhine', cf. III 233, v 473 note.

sanguine multo] 'at the cost of much blood', cf. VII 269.

146. *longo ordine*] 'in the company marshalled in line'. *ordines ducere* is the technical term for holding the rank of a centurion. cf. Cic. Phil. I § 20.

uitem] The vineyard staff was the badge of a centurion, cf. Mart. x xxvi *Vare Paracetonias Latia modo uite per urbes nobilis, et centum dux memorande uiris*, Iuv. VIII 247, XIV 193.

149. *iam Marte relicto*] 'abandoning the war and seeking safety in flight'.

151. *cunctis*] 'utterly unknown to Caesar's arms'.

152. *o famuli*] This line is omitted in many MSS. and seems to be made up partly from IX 274, partly from Hor. Ep. I xix 19. *absque cruore*, 'without bloodshed', is a strange expression, and the form *absque* does not appear to be found elsewhere in poetry, though common in the comedians.

153. *cumulo...uirorum*] 'the heap of slaughtered heroes'.

154. *et bustis*] 'and are you not ashamed to be sought in vain at the burial place and amidst the corpses?' For the coupling of *bustis* and *inter cadauera* Oud. cf. II 346 *non me lactorum comitem rebusque secundis accipis*. For *quaerere* cf. IX 965.

155. *ira*] 'love of fighting', cf. I 207, II 47.

pietate] 'loyalty to Caesar'.

158. *ierit*] i.e. *constabit*, 'with cost of no little blood to Magnus will this day pass'.

160. *Pompeio*] i.e. the next best thing to having Caesar as witness of my valour.

161. *retundite*] 'blunt the sword upon your throats'. Weise cf. IV 561 *percutsum est pectore ferrum et iugulis pressere manum*.

162. *longinqua petit*] 'is rolling far away'.

164. *ueniet*] 'he will come to seize the towers as his own': this explains *uincimus* i.e. we are the conquerors because the delay caused by killing us will give Caesar time to come up.

quantum non primo succendunt classica cantu :
 mirantesque uirum atque auidi spectare sequuntur
 scituri iuuenes numero deprensa locoque
 an plus quam mortem uirtus daret. ille ruenti
 aggere consistit, primumque cadauera plenis 170
 turribus cuoluit, subeuntisque obruit hostes
 corporibus : totaque uiro dant tela ruinae :
 roboraque et moles hosti seque ipse minatur.
 nunc sude nunc duro contraria pectora conto
 detrudit muris, et ualli summa tenentis 175
 amputat ense manus : caput obterit ossaque saxo,
 ac male defensum fragili compage cerebrum
 dissipat : alterius flamma crinesque genasque
 succendit ; strident oculis ardentibus ignes.
 ut primum cumulo crescente cadauera murum 180
 acquauere solo : non segnior extulit illum
 saltus et in medias iecit super arma cateruas,
 quam per summa rapit celerem uenabula pardum.
 tum densos inter cuneos compressus et omni
 uallatus bello uincit quem respicit hostem. 185
 iamque hebes et crasso non asper sanguine mucro
 [percussum Scaeuae frangit, non uolnerat hostem.]
 perdidit ensis opus, frangit sine uolnere membra.
 illum tota petit moles illum omnia tela :
 nulla fuit non certa manus non lancea felix, 190

166. *succendunt*] Bersmann cf. Verg. Aen. VI 155 *aere ciere uiros Martemque accendere cantu*.

168. *scituri*] 'to test whether valour overmatched by numbers could bestow more than death', i.e. victory. Oud. cf. IV 581 *mors utinam pauidos uitae subducere nolles, sed uirtus te sola daret*.

173. *seque ipse minatur*] 'threatens the foe with himself' i.e. that he will throw himself down into the midst of them.

177. *compage*] sc. of their helmets.

179. *strident*] 'the flames hiss as their eyes are burnt', cf. Hom. Od. IX 394 ὧς τοῦ σίξ' ὀφθαλμοὺς ἐλαυνέω περὶ μοχλῶ.

180. *murum*] 'made the ground level with the wall', i.e. were piled so high that the ground was raised by them to the level of the top of the wall.

181. *non segnior*] 'as rapid a bound

carried him from the wall...as that which carries a swift leopard over the tops of the hunting-spears'.

185. *quem respicit*] i.e. by turning sharply round, he strikes the enemy who is behind his back.

186. *crasso non asper*] 'losing its sharpness from the thick clotted blood'.

187. This line is omitted in some MSS. and seems to be only another version of the next.

188. *perdidit*] i.e. ceased to act as a sword by cutting, but only acted as a club by breaking the enemies' limbs.

190. *non certa*] 'failed to strike home' *non felix*, 'misses its mark'. For *manu* cf. Quintil. v 13 § 54 *ut gladiatorum manu quae secundae uocantur fiunt et tertiae ista prima ad uocandum aduersarii ictum prolata est*.

parque nouom Fortuna uidet concurrere bellum
 atque uirum. fortis crebris sonat ictibus umbo,
 et galeae fragmenta cauae compressa perurunt
 tempora: nec quicquam nudis uitalibus obstat
 iam praeter stantis in summis ossibus hastas. 195
 quid nunc, uaesani, iaculis leuibusque sagittis
 perditis haesuros numquam uitalibus ictus?
 hunc aut tortilibus uibrata phalarica neruis
 obruat aut uasti muralia pondera saxi:
 hunc arces ferro ballistaeque limine portae 200
 summoueat. stat non fragilis pro Caesare murus,
 Pompeiumque tenet. iam pectora non tegit armis,
 ac ueritus credi clipeo laeuaeque uacasse,
 aut culpa uixisse sua, tot uulnera belli
 solus obit, densamque ferens in pectore siluam 205
 iam gradibus fessis, in quem cadat, cligit hostem.
 [par pelagi monstris. Libycae sic belua terrae,]
 sic Libycus densis elephas oppressus ab armis
 omne repercussum squalenti missile tergo
 frangit, et haerentis mota cute discutit hastas: 210
 uiscera tuta latent penitus citraque cruorem

191. *par*] cf. supr. 3.
bellum] 'a whole warring army and a single man'.

193. *et galeae*] 'and his helmet battered into fragments galls the brow on which it presses'.

194. *nudis*] 'exposed'.

195. *praeter stantis*] i.e. the spears sticking on the surface of his bones make a kind of shield to protect his vitals.

198. *tortilibus*] 'hurled with withren strings': for the *phalarica*, cf. Verg. Aen. IX 705.

199. *uasti*] i.e. uasta pondera muralis saxi.

muralia] i.e. used for battering walls, cf. Verg. Aen. XII 921 *murali concita numquam tormento sic saxa fremunt*.

201. *muris*] cf. Verg. Aen. IX 677 *ipsi intus dextra ac laeuia pro turribus adstant*.

202. *tenet*] 'holds in check'.

203. *credi clipeo*] 'that trust should be put in his shield, and his left hand be idle', i.e. clipeo se protexisse cum potius laeuia quoque pugnare deberet. Weisc.

204. *culpa sua*] sc. because he had avoided danger by using his shield.

205. *siluam*] 'forest of weapons', cf. Verg. Aen. X 886, 887 *ter secum Troius heros immanem aerato circumfert tegmine siluam*.

206. *in quem cadat*] i.e. to crush him.

207. *par pelagi*] This line is found in most MSS., but the latter part of it seems to be only another version of the following one, and the former part is very obscure. Farnab. explains it as referring to line 206: 'balaenae enim se immittentes nauibus eas deprimunt': Sulpitius to line 205, 'par cetis, in quorum tergis frutices et arbores oriuntur; eminent enim supra mare in formam scopulorum'.

208. *sic Libycus*] Some MSS. read *Gaetulus*, which is doubtless right if line 207 is genuine.

209. *repercussum*] 'rebounding from his horny hide'.

210. *hastas*] cf. Verg. Aen. X 715 *tergo decutit hastas*.

211. *citraque cruorem*] 'not deeply enough to draw blood', cf. note on IV 728.

confixae stant tela ferae: tot facta sagittis
 tot iaculis unam non explent uolnera mortem.
 Dictaea procul ecce manu Gortynis harundo
 tenditur in Scaeuam, quae uoto certior omni 215
 in caput atque oculi laeuom descendit in orbem.
 ille moras ferri neruorum et uincula rumpit,
 adfixam uellens oculo pendente sagittam
 intrepidus, telumque suo cum lumine calcit.
 Pannonis haud aliter post ictum saeuior ursa, 220
 cum iaculum parua Libys amentauit habena,
 se rotat in uolnus: telumque irata receptum
 impetit et secum fugientem circuit hastam.
 perdiderat uoltum rabies: stetit imbre cruento
 informis facies: laetus fragor aethera pulsat 225
 uictorum: maiora uiris e sanguine paruo
 gaudia non faceret conspectum in Caesare uolnus.
 ille tegens alta suppressum mente dolorem
 mitis, et a uoltu penitus uirtute remota,
 parcite, ait, ciues: procul hinc auertite bellum. 230
 collatura meae nil iam sunt uolnera morti:
 non eget ingestis sed uolsis pectore telis.
 tollite et in Magni uiuentem ponite castris:
 hoc uestro praestate duci: sit Scaeuia relictis

213. *non explent*] 'do not complete a single man's death'. cf. Stat. Theb. ix 753, 754 *alio geminatum lumine uolnus explenit tenebras*, i.e. 'completed his blindness'.

214. *Dictaea...Gortynis*] The Cretans were famous as archers, cf. Verg. Ecl. x 59.

215. *uoto certior omni*] 'more truly aimed than any could desire'. cf. Ov. A. A. i 90 *haec loca sunt uoto fertiliora tuo*.

217. *moras*] 'the steel that hinders him, and with it the ligaments of the nerves'.

221. *cum iaculum*] 'when the Libyan has hurled his javelin with a slender thong'; for *amentum*, cf. Verg. Aen. ix 665. The Libyan seems somewhat out of place hunting a Pannonian bear, but perhaps, as Oud. suggests, Lucan thought there were no bears in Africa, cf. Plin. H. N. viii § 131: not so Virgil, cf. Aen. v 37

pelle Libystidis ursae. In reality bears are found in the Atlas mountains, but not south of the Sahara desert: see Wallace's Geographical Distribution of Animals, vol. II. p. 202.

223. *impetit*] 'tries to seize the weapon and pursues in a circle the spear that flies along with her', i.e. like a kitten running after its own tail.

224. *perdiderat uoltum*] 'had destroyed all semblance of a face', i.e. by tearing the arrow from his eye.

226. *e sanguine paruo*] 'by reason of a little blood'.

229. *uirtute*] *ira bellica*. Weise.

231. *collatura*] 'more wounds will not contribute anything towards my death' i.e. I am already mortally wounded.

232. *non eget*] sc. *mors*, i.e. the shortest way of killing me is not to hurl more weapons at me but to pull out those which are now sticking in me.

234. *relictis*] 'of desertion from Caesar'.

Caesaris exemplum potius quam mortis honestae. 235
 credidit infelix simulatis uocibus Aulus
 nec uidit recto gladium mucrone tenentem :
 membraque captiui pariter laturus et arma,
 fulmineum mediis excepit faucibus ensem.
 incaluit uirtus : atque una caede reffectus 240
 soluat, ait, poenas Scaeuam quicumque subactum
 sperauit : pacem gladio si quaerit ab isto
 Magnus adorato submittat Caesare signa.
 an similem uestri segnemque ad fata putastis ?
 Pompeii uobis minor est causaeque senatus 245
 quam mihi mortis amor. simul haec effatur, et altus
 Caesareas puluis testatur adesse cohortes.
 dedecus hic belli Magno crimenque remisit,
 ne solum totae fugerent te, Scaeuam, cateruae,
 subducto qui Marte ruis : nam sanguine fuso 250
 uires pugna dabat. labentem turba suorum
 excipit atque umeris defectum imponere gaudet :
 ac ueluti inclusum perfosso in pectore numen
 et uiuam magnae speciem uirtutis adorant :
 telaque confixis certant euellere membris, 255
 exornantque deos ac nudum pectore Martem
 armis, Scaeuam, tuis. felix hoc nomine famae,
 si tibi durus Hiber, aut si tibi terga dedisset
 Cantaber exiguis aut longis Teutonus armis.

237. *recto mucrone*] 'with its point raised', i.e. ready to strike, cf. Stat. Theb. v 664, 665 *acerque reducto adfuit Hippomedon rectoque Erymanthius ense*.

239. *fulmineum*] cf. Verg. Aen. IX 811 *rotat ensem fulmineum*.

242. *isto*] i.e. meo.

243. *submittat signa*] 'let him lower his standard', cf. Plin. H. N. VIII § 3 (*elephantii regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt*).

245. *Pompeii*] 'you have less love for Pompeius and the Senate's cause than I have for death'.

246. *mortis amor*] cf. IV 146, VIII 364.

248. *hic*] sc. *puluis*, which showed the approach of reinforcements.

remisit] 'relieved Pompeius of shame and disgrace in warfare'.

250. *subducto*] 'you (Scaeva) who fall when the battle is withdrawn, for the act

of fighting gave you vigour as your blood poured forth', i.e. the sight of the blood pouring from his wounds had roused the spirit of Scaeva. For the use of the participle cf. Verg. G. II 141, Aen. II 721 and Conington's notes.

252. *defectum*] 'fainting', cf. I 695.

253. *inclusum*] Weise cf. VIII 864.

256. *deos*] quorum erant in castello imagines positaе. Sulpitius.

nudum] simulacrum Martis, quod ita pingitur. Schol. cf. Iuv. XI 106 *ac nudam effigiem clipeo uenientis et hasta pendentisque dei perituro ostenderet hosti*.

259. *longis*] cf. Verg. Aen. VIII 661 *duo quisque Alpina coruscant gaesa manu scutis protecti corpora longis*.

armis] 'shields' *δπλοis*, cf. Verg. Aen. X 841 *at Lausum socii exanimem super arma ferebant*. Varro L. L. IV 24 derives the word *ab arcendo*.

non tu bellorum spoliis ornare Tonantis 260
 templa potes, non tu lactis ululare triumphis.
 infelix quanta dominum uirtute parasti.
 nec magis hac Magnus castrorum parte repulsus
 intra claustra piger dilato Marte quieuit,
 quam mare lassatur, cum se tollentibus Euris 265
 frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti
 montis adest seramque sibi parat unda ruinam.
 hinc uicina petens placido castella profundo
 incursu gemini Martis rapit: armaque late
 spargit et effuso laxat tentoria campo: 270
 mutandaeque iuuat permissa licentia terrae.
 sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas
 excurrit ripas et totos concutit agros:
 succubuit si qua tellus cumulumque furentem
 undarum non passa ruit: tum flumine toto 275
 transit et ignotos aperit sibi gurgite campos.
 illos terra fugit dominos: his rura colonis
 accedunt donante Pado. uix proelia Caesar
 senserat elatus specula quae prodidit ignis.
 inuenit impulsos presso iam puluere muros: 280
 frigidaque ut ueteris deprendit signa ruinae,
 accendit pax ipsa loci mouitque furorem
 Pompeiana quies et uicto Caesare somnus.

260. *non tu*] cf. note on I 12.

261. *ululare*] properly used of the lamentation of women, but transferred to any shrill cry, cf. Verg. Aen. IV 168 *summoque ulularunt uertice Nymphae*; so in Greek, *ὀλοῦσεν* cf. Aesch. Ag. 594—596 *καὶ γυναικεῖν νόμφ' ὀλοσυγμόν' ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν ἐλασκον εὐφημοῦντες ἐν θεῶν ἔδραις*.

262. *parasti*] cf. note on I 13.

265. *se tollentibus*] merely equivalent to *surgentibus*.

266. *frangentem*] 'the cliff that breaks its force'.

267. *adest*] 'gnaws away'.

seramque] 'and prepares a crash to fall in distant times upon itself'. Weise takes *ruinam* of the wave, *sero demum concidit*, but the former explanation is to be preferred.

269. *incursu gemini Martis*] i.e. attacking them by both land and sea.

270. *effuso laxat*] 'spreads his encampment far and wide upon the spacious plain'. cf. Tac. Germ. 30 *non ita effusis ac palustribus locis*.

272. *aggere tutas*] 'defended by an embankment'.

275. *ruit*] 'has broken down', 'collapsed'.

277. *illos terra fugit*] 'their land is lost by one set of owners'.

278. *donante*] cf. Herod. II 5 *ἔστι Αἰγυπτίοισι ἐπικτητὸς τε γῆ καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ*.

280. *inuenit*] 'he finds the walls overthrown and the dust already laid'.

281. *ut*] when.
ueteris] i.e. which he was too late to prevent.

ire uel in clades properat dum gaudia turbet.
 Torquato ruit inde minax: qui Caesaris arma 285
 segnius haud uidit quam malo nauta tremente
 omnia Circae subducit ucla procellae:
 agminaque interius muro breuiore recepit
 densius ut parua disponderet arma corona.
 transierat primi Caesar munimina ualli, 290
 cum super e totis emisit collibus agmen
 effuditque acies obsaeptum Magnus in hostem.
 non sic Aetnaeis habitans in uallibus horret
 Enceladum spirante Noto, cum tota cauernas
 egerit et torrens in campos defluit Aetna: 295
 Caesaris ut miles glomerato puluere uictus
 ante aciem, caeci trepidus sub nube timoris
 hostibus occurrit fugiens inque ipsa pauendo
 fata ruit. totus mitti ciuilibus armis
 usque uel in pacem potuit cruor: ipse furentis 300
 dux tenuit gladios. felix ac libera legum
 Roma fores iurisque tui uicisset in illo

284. *uel in clades*] 'even to defeat'.

285. *Torquato*] sc. L. Torquatus, who had been captured by Caesar at Oricum and dismissed uninjured. cf. Caes. B. C. III 11.

286. *segnius haud uidit*] i.e. acted with no less energy when he saw Caesar's forces.

287. *subducit*] 'furls all his sails before the Circean storm'. cf. Ov. Fast. III 587 *torto subducere carbasa lino*.

288. *muro breuiore*] 'within a narrower walled compass'.

292. *obsaeptum*] videlicet ab ipso Pompeio et a Torquato. Weise.

294. *Enceladum*] Enceladus was supposed to be buried under Aetna: Oud. cf. Claudian rap. Pros. 154, 155 *Enceladi bustum, qui saucia terga reuinctus spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur*. See also Aesch. Prom. 351—373. Verg. Aen. III 578—582 *fama est Enceladi semustum fulmine corpus urgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam impositam ruptis flammam exspirare caminis; et fessum quotiens mutet latus intremere omnem: marmure Trinacriam et caelum subtexere fumo*.

spirante Noto] because the blowing of

the wind was supposed to fan the flames within the mountain.

295. *egerit*] 'empties'.

torrens] quasi tota Aetna fit torrens igneus. Weise.

297. *caeci sub nube timoris*] 'under a cloud of blind terror': this strange expression is not noticed by any of the commentators: perhaps it is better to take *timor* as that which causes terror, i.e. the dust, and *caecus* as 'blinding'. cf. Ov. Fast. I 551 *Cacus, Auentinae timor atque infamia siluae*, Propert. III v 40 *et audaci tu timor esse potes*.

299. *mitti*] A metaphor from surgical bleeding: 'civil war might have been drained of all its blood, so as even to lead to peace', i.e. the war might have been finished on the spot, had not Pompeius recalled his troops. cf. Cic. ad Att. I xvi § 11 *missus est sanguis inuidiae sine dolore*.

301. *libera legum*] 'free in respect of law', i.e. able to make what laws you please: so Weise, probably rightly; he refers to Sil. Ital. II 441 *it liber campi pastor*, cf. also 106 *supr.* Oud. connects *legum* with what follows *iurisque tui*, i.e. *legum tuarum iurisque tui*, comparing x 384 *ingentis fati sumus*.

si tibi Sulla loco. dolet heu semperque dolebit
 quod scelerum, Caesar, prodest tibi summa tuorum
 cum genero pugnasse pio. pro tristia fata: 305
 non Vticae Libye clâdes Hispania Mundae
 flessset, et infando pollutus sanguine Nilus
 nobilius Phario gestasset rege cadauer:
 nec Iuba Marmaricas nudus pressisset harenas,
 Poenorumque umbras placasset sanguine fuso 310
 Scipio, nec sancto caruisset uita Catone:
 ultimus esse dies potuit tibi, Roma, malorum:
 exire e mediis potuit Pharsalia fatis.

deserit aduerso possessam numine sedem
 Caesar et Emathias lacero petit agmine terras. 315
 arma secuturum soceri, quacumque fugasset,
 temptauere suo comites deuertere Magnum
 hortatu: patrias sedes atque hoste carentem
 Ausoniam peteret. numquam me Caesaris, inquit,
 exemplo reddam patriae, numquamque uidebit 320
 me nisi dimisso redeuntem milite Roma.
 Hesperiam potui motu surgente tenere,
 si uellem patriis aciem committere templis,
 ac medio pugnare foro. dum bella relegem,
 extremum Scythici transcendam frigoris orbem 325
 ardentisque plagas. uictor tibi, Roma, quietem
 eripiam, qui, ne premerent te proelia, fugi?
 a potius, bello ne quid patiaris in isto,

303. *Sulla*] i.e. who would not have spared the conquered.

304. *scelerum...summa*] 'that which is thy crowning crime (i.e. *cum genero pugnasse pio*) turns out to thy advantage'. Caesar B. C. III 70 says that Pompeius recalled his troops through fear of an ambushade.

307. *et*] *neque*.

308. *nobilius*] 'a nobler corpse (sc. *Pompeii*) than that of the Pharian king'.

309. *nec Iuba*] Iuba and Petreius killed each other to avoid falling into Caesar's hands.

310. *placasset*] i.e. because Scipio was the representative of the conquerors of Carthage, cf. I 39, Hor. *carm.* II i 25—29 *Iuno et deorum quisquis amicior Afris*

inulta cesserat impotens tellure, uictorum nepotes rettulit inferias Iugurthae.

313. *exire*] equivalent to *eximi*, 'might have been wrested from'.

314. *aduerso*] 'occupied by him against the will of heaven'.

316. *quacumque fugasset*] 'in whatever direction he might have driven them'.

319. *Caesaris...exemplo*] i.e. *armatus*.

322. *motu*] 'the civil war', cf. Hor. *carm.* II i 1 *motum ex Metello consule ciuicum*.

324. *relegem*] 'banish far from Rome', cf. Verg. G. III 212 *tauros procul atque in tuta relegant pascua*.

325. *frigoris*] For the genitive, cf. note on VIII 223.

328. *isto*] equivalent to *hoc*.

te Caesar putet esse suam. sic fatus in ortus
Phoebeos conuertit iter, terraeque secutus 330
deuia, qua uastos aperit Candauia saltus,
contigit Emathiam, bello quam fata parabant.

Thessaliam, qua parte diem brumalibus horis
adtollit Titan, rupes Ossaea coercet.
cum per summa poli Phoebum trahit altior aestas 335
Pelion opponit radiis nascentibus umbras.
at medios ignes caeli rabidique Leonis
solstitiale caput nemorosus submouet Othrys.
excipit aduersos Zephyros et Iapyga Pindus,
et maturato praecidit uespere lucem. 340
nec metuens imi Borean habitator Olympi
lucentem totis ignorat noctibus Arcton.
hos inter montes media qui ualle premuntur
perpetuis quondam latuere paludibus agri,
flumina dum campi retinent, nec peruia Tempe 345
dant aditus pelagi: stagnumque implentibus unum
crescere cursus erat. postquam discessit Olympo
Herculea grauis Ossa manu subitaeque ruinam
sensit aquae Nereus: melius mansura sub undis,
Emathis, aequorei regnum Pharsalos Achillis, 350
eminet, et prima Rhoeteia litora pinu
quae tetigit Phylace, Pteleosque, et Dorion ira

331. *Candauia*] The chain of mountains separating Illyricum from Macedonia.

333. *Thessaliam*] The following description of Thessaly is apparently drawn from Herodotus VII 129.

qua parte] i.e. the quarter where the sun rises in winter, i.e. S.E.

336. *nascentibus*] i.e. on the N.E.

337. *at medios*] ad meridiem situs est mons Othrys. Weise.

340. *maturato*] 'cuts short the light by hastening on the evening', i.e. the sun sets earlier behind the mountains.

341. *nec metuens*] i.e. those who dwell at the foot of Olympus are sheltered from the north wind, and are cut off by the mountain to the north of them from the sight of the Great Bear.

343. *premuntur*] 'lie low', cf. Verg. G. 1 240, 241 *mundus ut ad Scythiam*

Rhipaeasque arduus arces consurgit premittitur Libyae deuexus in Austros.

346. *stagnumque*] 'and as the rivers filled a single lake, their onward flow was only to grow deeper', i.e. non currebant amplius sed crescebant tantum. Weise.

347. *crescere cursus erat*] cf. 103 supr. *spargere funus erat.*

348. *subitae*] 'the rush of sudden waters', i.e. their sudden fall into the sea.

350. *aequorei*] as the son of the sea-goddess Thetis.

351. *prima*] i.e. whence came Protesilaus, who was the first to land on the Trojan shore.

352. *Dorion ira*] cf. Hom. Il. II 594 Δῶριον ἔνθα τε Μοῦσαι ἀντόμεναι Ὀδυσσεύς τὸν Θρήκᾳ παύσαν ἀοιδῆς, where it appears as a town in the Peloponnesus subject to Nestor.

flebile Pieridum; Trachin, pretioque nefandae
 lampados Herculeis fortis Meliboca pharetris:
 atque olim Larissa potens: ubi nobile quondam 355
 nunc super Argos arant: ueteres ubi fabula Thebas
 monstrat Echionias: ubi quondam Pentheos exsul
 colla caputque ferens supremo tradidit igni,
 questa quod hoc solum nato rapuisset Agaue.
 ergo abrupta palus multos discessit in amnes. 360
 purus in occasus, parui sed gurgitis, Acas
 Ionio fluit inde mari: nec fortior undis
 labitur auectae pater Isidis, et tuus, Oeneu,
 paene gener crassis oblimat Echinadas undis:
 et Meleagream maculatus sanguine Nessi 365
 Euenos Calydonia secat. ferit amne citato
 Maliacas Sperchios aquas: et flumine puro
 irrigat Amphrysos famulantis pascua Phocbi;
 quique nec umentis nebulas nec rore madentem
 aera nec tenues uentos suspirat Anauros; 370
 et quisquis pelago per se non cognitus amnis
 Peneo donauit aquas: it gurgite raptō
 Apidanos: numquamque celer, nisi mixtus, Enipeus.
 accipit Asopos cursus Phoenixque Melasque.
 solus in alterius nomen cum uenerit undae 375

353. *pretio*] i.e. the arrows given by Hercules to Philoctetes as the reward for kindling his funeral pile.

355. *ubi nobile*] 'where men plough on the site of once famous Argos', cf. Ov. Heroid. i 53 *iam seges est ubi Troia fuit*.

356. *Argos*] sc. *Pelasgicum*.

Thebas] sc. *Phthioticas*, to which according to this version of the legend Agave retired from Thebes in Boeotia.

357. *ubi quondam*] 'where once Agave now in exile bore the head and neck of Pentheus and gave them to the funeral flames, lamenting that this was all of her son that she had carried off', i.e. if she had carried off more, she would have had more to burn on the funeral pile.

362. *nec fortior undis*] 'with no stronger current'.

363. *pater*] sc. Inachus father of Io who was identified with the Egyptian Isis, cf. Propert. III xx 17, 18 *Io uersa caput primos mugiuerat annos; nunc dea, quae*

Nili flumina uacca bibit.

364. *gener*] sc. Achelous, the rival of Hercules for the hand of Deianira daughter of Oeneus.

oblimat] The silt carried down by the Achelous has now joined the Echinades to the mainland.

368. *pascua*] sc. of Pherae, where Apollo served Admetus as a herdsman, cf. Eur. Alcest. i foll.

370. *suspirat*] 'breathes forth'. cf. Sil. Ital. XIII 425, 426 *eructat acerbam Cocyti laxo suspirans ore paludem*.

Anauros] *Ἄναυρος* from *ἀ* privative and *αὔρα*.

371. *pelago per se*] 'not known to the sea on its own account', i.e. as a separate stream.

373. *numquamque celer*] Ovid on the contrary, Met. i 579, speaks of *irrequietus Enipeus*.

376. *defendit*] 'Titaresos protects its own waters, and gliding on the surface

defendit Titaresos aquas, lapsusque superne
gurgite Penci pro siccis utitur aruis.
hunc fama est Stygiis manare paludibus amnem,
et capitis memorem fluuii contagia uilis
nolle pati, superumque sibi seruare timorem. 380

ut primum emissis patuerunt amnibus arua,
pinguis Boebicio discessit uomere sulcus:
mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum.
Aeolidae Dolopesque solum fregere coloni,
et Magnetes equis, Minyae gens cognita remis. 385
illic semiferos Ixionidas Centauros

feta Pelethroniis nubes effudit in antris.
aspera te Pholoes frangentem, Monyche, saxa,
teque sub Octaeo torquentem uertice uolsas,
Rhoete ferox, quas uix Boreas inuerteret, ornos: 390
hospes et Alcidae magni, Phole: teque per amnem
improbe Lernaean uector passure sagittas:
teque senex Chiron, gelido qui sidere fulgens
impetis Haemonio maiorem Scorpion arcu.
hac tellure feri micuerunt semina Martis. 395

primus ab aequorea percussis cuspidē saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
exsiluit; primus chalyben frenosque momordit,
spumauitque nouis Lapithae domitoris habenis.
prima fretum scindens Pagasaeo litore pinus 400

deals with Peneus' flood as if it were dry land', i.e. flows on the top of it without mixing.

380. *superumque sibi*] 'preserve for itself fear on the part of the gods', cf. Verg. Aen. VI 323, 324 *Stygiāque paludem di cuius iurare timent et fallere nomen*. inf. 749. cf. also Hom. Il. II 751—755 οἱ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο, ὃς ῥ' ἐς Πηνειὸν προίει καλλιέρροον ὕδωρ, οὐδ' ὃ γε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίην, ἀλλὰ τέ μιν καθύπερθεν ἐπιρρέει ἡὺτ' ἔλαιον· ὄρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατος ἐστὶν ἀπορρώξ.

382. *discessit*] 'was cleft'.

385. *cognita*] 'famous for'.

388. *Monyche*] cf. Iuv. I 11 *quantas iaculetur Monychus ornos*.

390. *quas uix*] 'such as Boreas could scarcely overthrow'.

392. *uector*] sc. Deianirae; *sagittas* sc. Herculis.

393. *gelido*] because the constellation Chiron, i.e. Sagittarius, appears in winter.

394. *impetis*] i.e. it seems to be aiming at the Scorpion.

maiozem] i.e. greater than the other constellations, cf. Verg. G. I 34, 35 *ipse tibi iam brachia contrahit ardens Scorpions, et caeli iusta plus parte relinquit*.

396. *percussis*] cf. Verg. G. I 13—15 *tuque o cui prima frementem fudit equom magno tellus percussa tridenti Neptune*.

397. *omen*] 'giving promise of deadly wars'.

399. *nouis*] cf. Verg. G. III 115, 116 *frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere impositi dorso*.

400. *prima fretum*] cf. III 193 foll.

terrenum ignotas hominem proiecit in undas.
 primus Thessalicae rector telluris Itonos
 in formam calidae percussit pondera massae,
 fudit et argentum flammis, aurumque moneta
 fregit, et immensis coxit fornacibus aera. 405
 illic quod populos scelerata impexit in arma
 diuitias numerare datum est. hinc maxima serpens
 descendit Python Cirrhaeaeque fluxit in arua:
 unde et Thessalicae ueniunt ad Pythia laurus.
 impius hinc prolem superis immisit Aloeus, 410
 inseruit celsis prope se cum Pelion astris,
 sideribusque uias incurrens abstulit Ossa.

hac ubi damnata fatis tellure locarunt
 castra duces; cunctos belli praesaga futuri
 mens agitat, summique grauem discriminis horam 415
 aduentare palam est. propius iam fata moueri
 degeneres trepidant animi peioraque uersant:
 ad dubios pauci praesumpto robore casus
 spemque metumque ferunt. turbae sed mixtus inerti
 Sextus erat Magno proles indigna parente, 420
 qui mox Scyllaeis exsul grassatus in undis
 polluit aequoreos Siculo pirata triumphos;
 qui stimulante metu fati praenosceret cursus,

401. *terrenum*] 'a native of dry land'.
 Oud. cf. Sil. Ital. XI 473 foll. *quin etiam*
Pagasaea ratis cum caerula nondum cog-
nita terrigenae pontumque intrare nega-
rent &c.

proiecit] 'flung out into the waves':
 the word is often used of what the sea
 throws up on shore, cf. Verg. Ecl. VII 42
proiecta uilior alga.

402. *Itonos*] son of Deucalion.

403. *in formam*] 'hammered into
 shape'.

404. *moneta fregit*] 'broke up and
 stamped'.

406. *impexit*] 'drove headlong', cf. I
 160 foll.

408. *fluxit*] 'glided'.

409. *unde*] 'for which reason'.

Thessalicae] i.e. the bay for the crowns
 at the Pythian games was brought from
 the vale of Tempe in Thessaly.

410. *Aloeus*] cf. Hom. Od. XI 305—
 320.

412. *sideribusque*] 'and Ossa encroach-

ing upon the stars, stopped their mo-
 tion'.

414. *belli praesaga*] 'with a presenti-
 ment of coming war'.

417. *trepidant*] 'tremble at the thought
 that destiny is now approaching': for *tre-*
pidare with infinitive cf. Stat. Theb. I 639,
 640 *non tu pia degener arma oculis aut*
certae trepidas occurrere morti.

peioraque uersant] 'and expect the
 worst'.

418. *praesumpto robore*] 'fortifying
 their hearts beforehand'.

419. *inerti*] 'cowardly', cf. Verg.
 Aen. IV 158 *spumantemque dari pecora*
inter inertia notis optat aprum.

421. *grassatus*] 'acting the robber',
 cf. Plin. H. N. IX § 45 *silurus grassatur*
ubicunque est omne animal adpetens, equos
innatantis saepe demergens.

422. *pirata*] cf. I 43. Manil. I 918,
 919 *cum patrios armis imitatus filius hos-*
tes aequora Pompeius cepit defensa parenti.
 Vell. Pat. II lxxiii § 3.

impatiensque morae uenturisque omnibus aeger,
 non tripodas Deli non Pythia consulit antra, 425
 nec quaesisse libet primis quid frugibus altrix
 aere Iouis Dodona sonet, quis noscere fibra
 fata queat, quis prodat aues, quis fulgura caeli
 seruet et Assyria scrutetur sidera cura,
 aut si quid tacitum sed fas erat. ille supernis 430
 detestanda deis saeuorum arcana magorum
 nouerat et tristes sacris feralibus aras,
 umbrarum Ditisque fidem: miseroque liquebat,
 scire parum superos. uanum saeuomque furorem
 adiuuat ipse locus uicinaque moenia castris 435
 Haemonidum, ficti quas nulla licentia monstri
 transierit; quarum quidquid non creditur ars est.
 Thessala quin etiam tellus herbasque nocentis
 rupibus ingenuit sensuraque saxa canentis
 arcanum ferale Magos. ibi plurima surgunt 440
 uim factura deis. et terris hospita Colchis
 legit in Haemoniis quas non aduexerat herbas.
 impia tot populis tot surdas gentibus aures
 caelicolum dirae conuertunt carmina gentis.
 una per aethereos exit uox illa recessus, 445
 uerbaque ad inuitum perfert cogentia numen,

426. *primis frugibus*] i.e. acorns; cf. Verg. G. I 148 *cum iam glandes atque arbusta sacrae deficerent siluae et uictum Dodona negaret*.

427. *aere Iouis*] 'Jove's brazen cauldron', cf. Verg. Aen. III 466 *Dodoneasque libetas* and Conington's note. Oud. cf. Val. Max. VIII xv ext. 3 *cuius cineres idem honoris possident, quod Pythiae cortinae, quod akeno Dodonae, quod Haemonis fonti datur*.

428. *prodat*] 'interprets'.

430. *tacitum*] equivalent to *arcanum* 'secret'. Oud. cf. Ov. Amor. III vii 51, 52 *sic aet mediis taciti uolgator in undis, pomaeque quae nullo tempore tangat habet*.

433. *fidem*] in apposition with *aras*, i.e. which procure credit for the shades.

liquebat] 'the poor wretch was persuaded that the gods of heaven knew too little'.

435. *moenia—Haemonidum*] the towns where dwell Thessalian witches'.

436. *ficti quas nulla licentia monstri*]

'whom no flight of imagination in inventing horrors could surpass'. *ficti* is almost equivalent to *fingendi*, cf. Verg. G. II 141 *satis immanis dentibus hydri*. Id. Aen. II 721. See also note on 250 supr.

437. *ars est*] quam profitentur. Sulpitius.

439. *sensuraque saxa*] 'rocks that can hear magicians when they chant their deadly spells': according to the Scholiast this refers to the magnet.

441. *uim factura*] 'that can put compulsion on the gods'.

Colchis] sc. Medea.

442. *legit*] i.e. although as Vergil says Ecl. VIII 97 *nascuntur plurima Ponto*; in which passage Pontus probably stands for Colchis.

443. *tot surdas*] 'deaf to so many nations' prayers'.

445. *una—exit*] 'alone finds a way through the inmost depths of heaven'.

446. *uerbaque*] 'and carries through

quod non cura poli caelique uolubilis umquam
 auocat. infandum tetigit cum sidera murmur,
 tum Babylon Persea licet secretaque Memphis
 omne uetustorum soluat penetrare Magorum, 450
 abducit superos alienis Thessalis aris.
 carmine Thessalidum dura in praecordia fluxit
 non fatis adductus amor: flammisque seueri
 illicitis arsere senes. nec noxia tantum
 pocula proficiunt, aut cum turgentia suco 455
 frontis amaturae subducunt pignora fetae.
 mens hausti nulla sanie polluta ueneni
 excantata perit. quos non concordia mixti
 adligat ulla tori blandaeque potentia formae,
 traxerunt torti magica uertigine fili. 460
 cessauere uices rerum: dilataque longa
 haesit nocte dies: legi non paruit aether:
 torpuit et praeceps audito carmine mundus:
 axibus et rapidis impulsos Iuppiter urgens
 miratur non ire polos. nunc omnia complent 465
 imbribus et calido producunt nubila Phoebō,
 et tonat ignaro caelum Ioue. uocibus isdem
 umentis late nebulas nimbosque solutis

the words of might to the unwilling deity, whom never does the care of the pole and revolving heaven distract from attention to them'.

auocat] quin adsit sagis Thessalicis. Weise.

449. *tum Babylon*] 'then though Persian Babylon and mysterious Memphis throw open every shrine of the magicians of old time', i.e. though they employ all their arts to attract the attention of the gods.

Persea] equivalent to *Persica*, cf. Stat. Theb. I 719, 720 *seu Persei sub rupibus antri indignata sequi torquentem cornua Mithram*.

453. *non fatis adductus*] contra naturam et aetatem. Weise.

455. *aut cum*] 'or when they steal from the dam about to love her foal the pledge of affection swelling with juice that grows upon its forehead'. *hippomanes* was supposed to be an excrescence on the head of the new-born foal which was bit-

ten off and eaten by its mother: if she failed to do this, she had no affection for her foal and refused to rear it. cf. Verg. Aen. IV 515, 516 *quaeritur et nascentis equi de fronte reuulsus, et matri praereptus amor*. Plin. H. N. VIII § 165.

458. *excantata*] 'perverted by spells alone', cf. Propert. III ii 49 *ut per te clausas sciat excantare puellas*.

460. *uertigine*] 'by the magic twirling of the twisted thread', cf. Verg. Ecl. VIII 74-79. Oud. cf. Propert. II xxviii 35 *deficiunt magico torti sub carmine rhombi*. Id. IV vi 26 *staminea rhombi ducitur ille rota*.

461. *uices rerum*] 'the changes of nature', cf. Hor. carm. IV vii 3 *mutat terra uices*.

464. *rapidis*] 'Jupiter as he drives on the poles sped on their swiftly turning hinges, marvels that they move not'.

466. *calido Phoebō*] 'in the full blaze of the sun'.

excussere comis. uentis cessantibus aequor
 intumuit: rursus uetitum sentire procellas 470
 conticuit turbante Noto: puppinque ferentes
 in uentum tumuere sinus. de rupe pependit
 abscisa fixus torrens: amnisque cucurrit
 non qua pronus erat. Nilum non extulit aestas:
 Maeander direxit aquas: Rhodanumque morantem 475
 praecipitauit Arar: submisso uertice montes
 explicuere iugum: nubes suspexit Olympus:
 solibus et nullis Scythicae, cum bruma rigeret,
 dimaduere niues. impulsam sidere Tethyn
 reppulit Haemonidum defenso litore carmen. 480
 terra quoque immoti concussit ponderis axem,
 et medium uergens titubauit nisus in orbem.
 tantae molis onus percussum uoce recessit,
 prospectumque dedit circumlabentis Olympi.
 omne potens animal leti genitumque nocere 485
 et pauet Haemonias et mortibus instruit artes.

469. *excussere comis*] 'they shake from their loosened locks'.

470. *sentire procellas*] 'to feel the force of storms', cf. Plin. Epp. VIII xx § 4 *spatium modicum, quod tamen sentiat uentos et fluctibus intumescat*.

471. *turbante Noto*] i.e. *turbare conante* or it might be taken intransitively, 'for all the blustering of Notus', cf. Lucret. II 125, Verg. Aen. VI 801.

472. *in uentum*] 'swell against the wind'.

pependit] 'hangs motionless'.

474. *non qua*] 'not in the direction in which it sloped', i.e. but up-hill.

non extulit] 'summer has not raised the level of the Nile', cf. x 228 foll.

475. *direxit*] 'has straightened', cf. Sen. N. Q. I x § 1 *coronam si diuiseris, ircus erit, si direxeris, uirga*.

Rhodanumque] 'the Arar has swept down with it the lingering Rhone', thus inverting the characters of the two rivers, cf. note on I 434.

476. *submisso uertice*] 'lowering their summits'.

477. *explicuere iugum*] 'have made their ridges level', cf. Sen. Herc. Oet. 459 *urbidum explicui mare*.

suspexit] i.e. instead of *despexit*, cf. II 71.

479. *sidere*] i.e. the moon, cf. I 413.

480. *reppulit*] i.e. has prevented the tide from rising.

481. *terra quoque*] 'the earth too has shaken the axle of her steady weight', i.e. the line passing through the centre of the earth on which her weight is usually balanced steadily.

482. *titubauit nisus*] The reading in the text is that of most MSS. and of the Roman edition of 1469. *nisus* is best taken as a substantive, i.e. 'gravitation'. Translate, 'the force which ever inclines to the centre of the circle tottered', i.e. ceased to act. cf. Cic. N.D. II § 117 *in aethere autem astra uoluuntur; quae se et nisu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant*. Lucret. I 1052—1055. Weise adopting a conjecture of Sulpitius reads *nisu titubauit*.

483. *recessit*] 'has parted asunder'.

484. *prospectumque dedit*] 'and has afforded a view (i.e. through the centre of the earth) of the circumambient sky', cf. Eur. Bacch. 292 τοῦ χθον' ἐγκυκλιουμένου αἰθέρος. Oud. cf. Sen. Herc. Fur. 570—572 *fatum rumpe manu: tristibus inferis prospectus pateat lucis et inuius limes det faciles ad superos uis*.

486. *et pauet*] 'both fears the Haemo-

has auidae tigres et nobilis ira leonum
ore fouent blando : gelidos his explicat orbes
inque pruinoso coluber distenditur aruo.
uiperei cocunt abrupto corpore nodi : 490
humanoque cadit serpens adflata ueneno.

quis labor hic superis cantus herbasque sequendi
spemendique timor? cuius commercia pacti
obstrictos habuere deos? parere necesse est,
an iuuat? ignota tantum pietate merentur, 495
an tacitis ualuere minis? hoc iuris in omnes
est illis superos, an habent haec carmina certum
imperiosa deum, qui mundum cogere quidquid
cogitur ipse potest? illic et sidera primum
praecipiti deducta polo : Phoebique serena 500
non aliter diris uerborum obsessa uenenis
palluit, et nigris terrenisque ignibus arsit,
quam si fraterna prohiberet imagine tellus,
insereretque suas flammis caelestibus umbras.
et patitur tantos cantu deprensa labores 505
donec suppositas propior despumet in herbas.
hos scelerum ritus haec dirae carmina gentis

nian magic and furnishes it with instruments of death', cf. VII 517. Stat. Theb. VI 792, 793 *motu Spartanus acuto mille cauet lapsas circum cana tempora mortes*.

489. *inque pruinoso*] cum in frigido loco colligere se angues soleant hinc se extendunt carminum potestate. Schol.

490. *cocunt*] i.e. their spells can first break a viper in two and then make it join again. cf. Verg. Ecl. VIII 72 *frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*.

492. *quis labor*] 'what means this failing in the gods above, their obedience to spells and magic herbs, and their dread of neglecting them?'

sequendi] cf. Tac. Ann. I 49 *sequitur ardorem militum Caesar*.

493. *cuius*] 'the bonds of what agreement?'

495. *ignota*] 'is it by some unknown form of piety that they (i.e. the witches) deserve so great a boon?'

497. *certum*] innuit Demogorgona, cf. 744 *infr.*

498. *qui mundum*] 'who can compel the world to do whatever he is compelled

to do himself?'

499. *illic*] sc. in Thessaly: some MSS. have *illis* sc. *carminibus*.

500. *praecipiti deducta polo*] 'brought down from the steep slope of heaven', cf. Verg. Ecl. VIII 69 *carmina uel caelo possunt deducere lunam*.

501. *obsessa*] 'beset'.

502. *palluit*] 'has lost her lustre', cf. Propert. V vii 82 *et numquam Herculeo numine pallet eburi*.

503. *quam si*] 'than if the earth cut her off from the reflexion of her brother's light', cf. Verg. G. I 396 *uec fratris radiis obnoxia surgere luna*.

505. *deprensa*] 'overcome'. Oud. with some MSS. reads *depressa* 'brought down', which is perhaps confirmed by *propior*, 'nearer to the earth'.

506. *despumet*] 'sheds slime upon', cf. 669 *infr.* Oud. cf. Stat. Theb. II 284, 285 *haec circum spumis lunaribus unguis callidus atque hilari perfundit cuncta ueneno*. See also Val. Flacc. VI 447 *quamuis Atracio lunam spumare ueneno sciret*.

effera damnarat nimiae pietatis Erichtho,
 inque novos ritus pollutam duxerat artem.
 illi namque nefas urbis submittere tecto 510
 aut laribus ferale caput: desertaque busta
 incolit et tumulos expulsis obtinet umbris,
 grata deis Erebi. coetus audire silentum
 nosse domos Stygias arcanaque Ditis operi
 non superi non uita uetat. tenet ora profanae 515
 foeda situ macies, caeloque ignota sereno
 terribilis Stygio facies pallore grauatur
 impexis onerata comis. si nimbus et atrae
 sidera subducunt nubes, tum Thessala nudis
 egreditur bustis nocturnaue fulgura captat. 520
 semina fecundae segetis calcata perussit,
 et non letiferas spirando perdidit auras.
 nec superos orat, nec cantu supplice numen
 auxiliare uocat, nec fibras illa litantis
 nouit: funereas aris imponere flammās 525
 gaudet et accenso rapuit quae tura sepulcro.
 omne nefas superi prima iam uoce precantis
 concedunt carmenque timent audire secundum.
 uiuentis animas et adhuc sua membra regentis
 infodit busto: fatis debentibus annos 530
 mors inuita subiit: peruersa funera pompa

508. *damnarat*] 'had convicted of too much piety', i.e. had rejected as too innocent. cf. Ov. *remed. amor.* 3 *parce tuom uatem sceleris damnare Cupido*, Quintil. x ii § 8 *damnamus tempora nostra infelicitatis huius ut nunc demum nihil crescat*.

Erichtho] The same name occurs in Ovid, *Heroid.* xv 139, 140 *illuc mentis opops, ut quam furialis Erichtho impulit, in collo crine iacente feror*.

509. *duxerat*] 'had advanced'.

512. *obtinēt*] 'occupies'.

513. *silentum*] 'the dead', but it is a somewhat strange word to be used with *audire*.

515. *non uita*] 'nor the fact that she is yet alive', non enim uiuentium esse solet inferni scire secreta. Schol.

517. *grauatur*] 'is afflicted'.

519. *nudis*] 'deserted', i.e. by their inmates, cf. 512 *supr.*

521. *calcata perussit*] 'she blights by treading on them'.

522. *perdidit*] equivalent to *corruptit*, cf. Hor. *carm.* i viii 2 *Sybarin cur prope-ras amando perdere?*

524. *litantis*] transferred from the sacrificer to the offering, cf. Mart. x lxxiii 6 *non quacumque manu uictima caesa litat*.

529. *uiuentis*] cf. Hor. *Epod.* v 32-35 *quo posset infossus puer longo die bis terque mutatae dapis inemori spectaculo*.

530. *futis*] 'when the fates still owe men years of life, death comes upon them against its will'.

531. *peruersa*] i.e. changing the direction of the funeral procession, a *tumulis* instead of *ad tumulos*.

rettulit a tumulis: fugere cadauera letum.
 fumantis iuuenum cineres ardentiaque ossa
 e mediis rapit illa rogis ipsamque parentes
 quam tenuere facem: nigroque uolantia fumo 535
 feralis fragmenta tori uestesque fluentis
 colligit in cineres et olentis membra fauillas.
 ast ubi seruantur saxis, quibus intimus umor
 ducitur et tracta durescunt tabe medullae
 corpora; tunc omnes auide desaeuit in artus, 540
 immersitque manus oculis, gaudetque gelatos
 effodisse orbes, et siccae pallida rodit
 excrementa manus: laqueum nodosque nocentis
 ore suo rupit: pendentia corpora carpsit,
 abrasitque cruces: percussaue uiscera nimbis 545
 uolsit et incoctas admisso sole medullas.
 insertum manibus chalybem, nigramque per artus
 stillantis tabi saniem, uirusque coactum
 sustulit, et neruo morsus retinente pendit.
 et quodcumque iacet nuda tellure cadauer 550
 ante feras uolucresque sedet: nec carpere membra
 uolt ferro manibusque suis, morsusque luperum
 exspectat siccis raptura a faucibus artus.
 [nec cessant a caede manus, si sanguine uiuo
 est opus, erumpat iugulo qui primus aperto.] 555

532. *letum*] Oud. following Bersmann reads *lectum*, i.e. the bier.

535. *nigroque uolantia*] 'the fragments of the bier that fly about in the black smoke'.

536. *uestes*] either the coverings of the *feretrum*, or those in which the corpse is wrapped.

fluentis in cineres] 'crumbling into ashes', cf. note on I 241.

537. *olentis membra*] 'smelling of the burnt limbs'.

538. *saxis*] i.e. in a sarcophagus, cf. Lucret. III 904, 905 *aut in melle situm suffocari, atque rigere frigore, cum summo gelidi cubat aequore saxi*.

539. *tracta tabe*] i.e. extracta sanie.

540. *desaeuit*] 'vents all her fury'. cf. Verg. Aen. IV 52 *dum pelago desaeuit hiemps*.

543. *excrementa*] unguium sordes et praesequina quae in mortuo crescunt, ut et capilli. Weise.

nodosque nocentis] 'murderous knots'.

547. *chalybem*] i.e. the nails driven through the hands of the crucified criminal.

548. *coactum*] 'clotted'.

549. *neruo*] 'when the ligaments hinder her bite, hangs from the body', i.e. if the piece of flesh she has seized with her teeth will not come away, she hangs her weight upon it to drag it off.

553. *raptura*] because in this way they would be more efficacious drugs, cf. Hor. Epod. v 23 *ossa ab ore rapta ieiunae canis*.

554—555. *nec cessant*] These two lines according to Weise are marked as spurious in many MSS., and seem to be another version of those that follow.

nec refugit caedes uiuom si sacra cruorem
 extaque funerae poscunt trepidantia mensae:
 uolnere sic uentris, non qua natura uocabat,
 extrahitur partus, calidis ponendus in aris,
 et quotiens sacuis opus est ac fortibus umbris, 560
 ipsa facit manes: hominum mors omnis in usu est.
 illa genae florem primaewo corpore uolsit,
 illa comam lacua morienti abscidit ephebo.
 saepe etiam caris cognato in funere dira
 Thessalis incubuit membris: atque oscula figens 565
 truncauitque caput compressaque dentibus ora
 laxauit: siccoque haerentem gutture linguam
 praemordens gelidis infudit murmura labris,
 arcanumque nefas Stygias mandauit ad umbras.

hanc ut fama loci Pompeio prodidit, alta 570
 nocte poli, Titan medium quo tempore ducit
 sub nostra tellure diem, deserta per arua
 carpit iter. fidi scelerum suetique ministri
 effractos circum tumulos ac busta uagati
 conspexere procul praerupta in caute sedentem, 575
 qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Haemus.
 illa magis magicisque deis incognita uerba
 temptabat carmenque nouos fingebat in usus.
 namque timens ne Mars alium uagus iret in orbem,
 Emathis et tellus tam multa caede careret, 580
 pollutos cantu dirisque uenifica sucis

556. *uiuom*] i.e. *uiuentis*, cf. Verg. Aen. I 720, 721 *paulatim abolere Sythacum incipit et uiuo temptat praecurrere amore*.

557. *trepidantia*] 'quivering', cf. Verg. Aen. IV 64 *pectoribus inhians spirantia consulit exta*.

561. *facit manes*] i.e. hominem occidendo.

mors omnis] 'every kind of human death', i.e. whether natural or violent: Weise takes it as 'death at any age' connecting it with what follows.

563. *lacua*] The left hand was used in magic rites.

564. *cognato*] i.e. of some kinsman of her own.

565. *figens*] 'imprinting kisses', Oud. with some MSS. reads *figens*.

566. *compressa*] 'the closed mouth'. cf. Hor. Sat. I iv 138 *compressis agito labris*.

568. *murmura*] ut mox umbra loqueretur apud inferos. Schol.

571. *Titan medium*] i.e. when it is midday with the Antipodes, cf. Verg. G. I 249—251.

ducit] 'is bringing on', cf. Verg. G. III 156 *noctem ducentibus astris*.

574. *effractos*] 'broken open', i.e. by Erichtho.

576. *qua iuga*] 'where Haemus sloping downwards extends its range towards Pharsalia'.

579. *alium in orbem*] 'to another quarter'.

conspersos uetuit transmittere bella Philippos,
 tot mortes habitura suas usuraque mundi
 sanguine: caesorum truncare cadauera regum
 sperat et Hesperiae cineres auertere gentis, 585
 ossaque nobilium, tantosque adquirere manes.
 hic ardor solusque labor, quid corpore Magni
 proiecto rapiat, quos Caesaris inuolet artus.
 quam prior adfatur Pompeii ignaua propago:
 o decus Haemonidum, populis quae pandere fata, 590
 quacque suo uentura potes diuertere cursu,
 te precor, ut certum liceat mihi noscere finem
 quem belli fortuna paret. non ultima turbac
 pars ego Romanae: Magni clarissima proles,
 uel dominus rerum uel tanti funeris heres. 595
 mens dubiis perculsa pauet rursusque parata est
 certos ferre metus. hoc casibus eripe iuris,
 ne subiti caecique ruant. uel numina torque,
 uel tu parce deis et manibus exprime uerum.
 Elysias resera sedes ipsamque uocatam 600
 quos petat e nobis Mortem tibi coge fateri.
 non humilis labor est: dignum quod quaerere cures,
 uel tibi, quo tanti praeponderet alea fati.
 impia uolgatae laetatur nomine famae
 Thessalis, et contra: si fata minora moueres, 605
 pronum erat, o iuuenis, quos uelles, inquit, in actus

582. *conspersos*] 'forbade Philippi, tainted by her spells and sprinkled with her noxious drugs, to let the war pass on' i.e. *alium in orbem*, cf. Liv. XXI 20 *ne in Italiam Galli transmittant bellum*; for Philippi, cf. note on I 680.

585. *auertere*] 'to plunder', cf. Catul. LXIV 5 *auratam optantes Colchis auertere pellem*.

588. *inuolet*] 'pounce upon' and so 'carry off', cf. Catul. XXV 6 *remitte pallium mihi meum quod inuolasti*, Petron. 43 *hereditatem accepit ex qua plus inuolauit quam illi relictum est*.

592. *certum*] to be taken with *noscere*, 'to learn for certain'.

593. *non ultima*] cf. Iuv. IV 44 *nos humiles, inquit, uolgi pars ultima nostri*.

595. *heres*] Sextus was however the second son of Pompeius, Gnaeus being

the elder.

596. *rursus*] 'on the contrary'. cf. Tac. Agric. 29 *quem casum neque ambiziose, neque per lamenta rursus et maerorem muliebriter tulit*.

597. *hoc casibus*] 'do thou snatch this power from events'.

598. *torque*] 'extort the truth from'. cf. Hor. A. P. 434, 435 *reges dicuntur multis urgere culullis, et torquere mero, quem perspexisse laborant*.

603. *quo tanti*] 'which way the hazard of destinies so great inclines', the metaphors of the dice and the balance are here mixed.

605. *moueres*] 'were you dealing with less important destinies', i.e. of individual men, not of nations.

606. *pronum erat*] cf. Cic. Phil. II § 27 *longum est persequi ceteros*.

inuitos praebere deos: conceditur arti,
 unam cum radiis presserunt sidera mortem,
 inseruisse moras: et quamuis fecerit omnis
 stella senem medios herbis abrumpimus annos. 610
 at simul a prima descendit origine mundi
 causarum series, atque omnia fata laborant
 si quicquam mutare uelis, unoque sub ictu
 stat genus humanum: tum Thessala turba fatemur
 plus Fortuna potest. sed si praenosceret casus 615
 contentus, facilesque aditus multique patebunt
 ad uerum: tellus nobis aetherque chaosque
 aequoraque et campi Rhodopeiaque saxa loquentur.
 sed pronum, cum tanta nouae sit copia mortis,
 Emathiis unum campis adtollere corpus, 620
 ut modo defuncti tepidique cadaueris ora
 plena uoce sonent: nec membris sole perustis
 auribus incertum feralis strideat umbra.
 dixerat: et noctis geminatis arte tenebris,
 maestum tecta caput squalenti nube, pererrat 625
 corpora caesorum tumulis proiecta negatis.
 continuo fugere lupi fugere reuolsis
 unguibz impastae uolucres, dum Thessala uatem

quos uelles] 'to force the gods against their will to any course of action that you chose'.

608. *unam*] sc. *unius hominis*.

presserunt] 'have urged on'.

610. *senem fecerit*] 'have promised him old age'.

611. *simul*] i.e. *simul ac*, 'when it comes to this that...'.

612. *causarum series*] cf. Tac. Ann. vi (22) 28 *contra alii fatum quidem congruere rebus putant, sed non e uagis stellis, uerum apud principia et nexus naturalium causarum*.

laborant] 'are disturbed', i.e. in cases where a single change involves the change of many other destinies.

615. *plus*] 'Fortune is stronger than we are'.

616. *contentus*] sc. *es*. cf. ix 604.

619. *nouae...mortis*] i.e. of newly slain corpses, cf. vii 471.

620. *adtollere*] In the Aethiopica of Heliodorus Bk. vi chapters 14 and 15

there is a similar account of the bringing to life of a corpse to answer questions.

622. *plena*] 'loud and clear', cf. Verg. G. i 388 *tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce*.

623. *incertum...strideat*] 'gibber unintelligibly', cf. Plin. H. N. v § 45 *Troglodytae specus excauant: hae illis domus, uictus serpentium carnes, stridorque non uox*.

625. *squalenti nube*] It is doubtful what is the meaning of these words: if a literal cloud is meant the epithet is a strange one, and, as Oud. remarks, witches are nowhere else introduced wearing a cloud, as gods and goddesses are. Probably it is best to understand by *nubes* the matted hair hanging over her face, cf. supr. 518 *impexis onerata comis*, Stat. Theb. vi 586, 587 *descripitque genis nec se lanugo fatetur intonsae sub nube comae*.

627. *reuolsis*] 'tearing their talons from the prey'.

eligit et gelidas leto scrutata medullas
 pulmonis rigidi stantis sine uolnere fibras 630
 inuenit et uocem defuncto in corpore quaerit.
 fata peremptorum pendent iam multa uirorum,
 quem superis reuocasse uelit. si tollere totas
 temptasset campis acies et reddere bello,
 cessissent leges Erebi: monstroque potenti 635
 extractus Stygio populus pugnasset Auerno.
 electum tandem traiecto gutture corpus
 ducit, et inserto laqueis feralibus unco
 per scopulos miserum trahitur per saxa cadauer
 uicturum: montisque caui quem tristis Erichtho 640
 damnarat sacris alta sub rupe locatur.

haud procul a Ditis caecis depressa cauernis
 in praeceps subsedit humus: quam pallida pronis
 urget silua comis, et nullo uertice caelum
 suspiciens Phoebus non peruia taxus opacat. 645
 marcentes intus tenebrae pallensque sub antris
 longa nocte situs; numquam nisi carmine factum
 lumen habet. non Taenareis sic faucibus aer
 sedit iners, maestum mundi confine latentis
 ac nostri: quo non metuant emittere manes 650
 Tartarei reges. nam quamuis Thessala uates
 uim faciat fatis, dubium est, quod traxerit illuc

629. *medullas*] put for all the interior of the body.

630. *pulmonis*] 'finds the lobes of the stiffened lung firm and unwounded'.

631. *uocem*] 'power of speech': the corpse is not actually made to speak till it has been dragged to Erichtho's cave.

632. *pendent*] 'hang in the balance'.

635. *monstro potenti*] sc. Erichtho, the dative of the agent.

636. *Stygio*] cf. Verg. G. IV 493 *fragar Stygiis auditus Auernis*.

637. *traiecto*] 'with its throat pierced', i.e. killed by a wound in the throat. cf. Plin. H. N. XI § 198 *ob hoc in proeliis gladiatorumque spectaculis mortem cum risu traiecta praecordia attulerunt*.

638. *unco*] i.e. the body is treated as that of a criminal, cf. Iuv. x 66 *Seianus ducitur unco spectandus*.

640. *uicturum*] 'to new life'. For

the unexpected turn of the sentence cf. I 504 *in bellum fugitur*.

642. *haud procul*] 'sunk down almost to the depth of Pluto's gloomy caverns'.

643. *pallida pronis*] i.e. owing to the darkness the leaves have no colour, and the branches hang down instead of shooting upwards.

644. *nullo*] sc. *omnino non*, cf. note on VII 25.

648. *Taenareis*] cf. Verg. G. IV 467 *Taenareas etiam fauces, alta ostia Ditis*.

649. *confine*] This word is very rarely found in the singular, cf. Val. Flacc. VI 373 *inde Lycen ferit ad confine papillae*.

650. *non metuant*] i.e. because it is as dark as Tartarus itself.

652. *dubium est*] 'it is doubtful whether she sees the infernal ghosts because she has dragged them thither, or because she has gone down to hell herself', i.e. because

adspiciat Stygias, an quod descenderit, umbras.
 discolor et uario furialis cultus amictu
 induitur, uoltusque aperitur crine remoto, 655
 et coma uipereis substringitur horrida sertis.
 ut pavidos iuuenis comites ipsumque trementem
 conspicit exanimi defixum lumina uoltu:
 ponite, ait, trepida conceptos mente timores:
 iam noua iam uera reddetur uita figura, 660
 ut quamuis pauidi possint audire loquentem.
 si uero Stygiosque lacus ripamque sonantem
 ignibus ostendam, si me praesente uideri
 Eumenides possent uillosaque colla colubris
 Cerberus excutiens et uincti terga Gigantes; 665
 quis timor, ignauī, metuentis cernere manes?

pectora tūm primum feruenti sanguine supplet
 uolneribus laxata nouis: taboque medullas
 abluit: et uirus large lunare ministrat.
 huc quidquid fetu genuit natura sinistro 670
 miscetur. non spuma canum quibus unda timori est,
 uiscera non lyncis, non dirae nodus hyaenae
 defuit, et cerui pasti serpente medulla:
 non puppim retinens Euro tendente rudentes
 in mediis echeneis aquis, oculique draconum, 675

there is no practical difference between her cave and the infernal regions. So the Scholiast explains this passage, as I think, rightly. Weise takes it differently, viz. 'it is doubtful whether the ghost that looks on the Stygian shades is one that she has dragged to the cave, or one that has descended to Tartarus'.

654. *discolor et uario*] cf. Verg. Ecl. VIII 78 *necte tribus nodis ternos Amarylli colores*.

655. *aperitur*] 'becomes visible'.

656. *substringitur*] 'is tied back', cf. III 280.

658. *defixum*] cf. Verg. Aen. VI 156 *Aeneas maesto defixus lumina uoltu*.

660. *uera...figura*] 'in its genuine form', i.e. not as a ghost, but as a real man brought to life again.

662. *ripam*] sc. Phlegethontis.

663. *me praesente*] i.e. in my company, which alone would give you the power of visiting the infernal regions.

666. *quis timor*] 'what cause for fear is it, ye cowards, to see the timid ghosts?'

667. *sanguine*] i.e. apparently the blood of the victims she has sacrificed.

669. *lunare*] cf. 506 supr.

671. *canum quibus*] i.e. of dogs suffering from hydrophobia.

672. *uiscera lyncis*] i.e. according to the Scholiast, the precious stone into which the urine of the lynx was said to be changed. cf. Ov. Met. XV 413—415.

nodus] 'the fastening', 'joint', i.e. of the neck to the spine, cf. Plin. H. N. VIII § 105 *collum et iuba et uinitate spinæ porrigitur, flectique nisi circumactu totius corporis non quit*.

673. *cerui*] cf. Plin. H. N. VIII § 118 *et his (ceruis) cum serpente pugna: uestigant cavernas, nariumque spiritu extrahunt renitentis*.

675. *echeneis*] i.e. the fish, called in Latin *remora*, which was supposed to be

quacque sonant feta tepefacta sub alite saxa :
 non Arabum uolucer serpens, innataque rubris
 aequoribus custos pretiosae uipera conchae :
 aut uiuentis adhuc Libyci membrana cerastae,
 aut cinis Eoa positi Phoenicis in ara. 680
 quo postquam uiles nec habentis nomina pestes
 contulit : infando saturatas carmine frondes,
 et quibus os dirum nascentibus inspuit herbas
 addidit, et quidquid mundo dedit ipsa ueneni :
 tum uox Lethacos cunctis pollentior herbis 685
 excantare deos confudit murmura primum
 dissona et humanae multum discordia linguae.
 latratus habet illa canum gemitumque luporum :
 quod trepidus bubo quod strix nocturna queruntur,
 quod stridunt ululantque ferae, quod sibilat anguis, 690
 exprimit, et planctus illisae cautibus undae,
 siluarumque sonum, fractaeque tonitrua nubis :
 tot rerum uox una fuit. mox cetera cantu
 explicat Haemonio penetratque in Tartara lingua :
 Eumenides, Stygiumque nefas, poenaeque nocentum
 et Chaos innumeros auidum confundere mundos :
 et rector terrae quem longa in saecula torquet
 mors dilata deum : Styx et quos nulla meretur
 Thessalis Elysios : caelum matremque perosa 699

able to stop ships by attaching itself to their keels, cf. Plin. II. N. XXXII §§ 2, 3.

676. *quacque sonant*] 'the stones which give forth a sound when warmed under the brooding eagle', i.e. *lapis aëtilis*, cf. Plin. N. II. x § 12, XXXVI § 149.

678. *uipera*] I have not been able to discover elsewhere any reference to the story of the sea serpent which keeps guard over the pearl-oysters in the Red Sea.

679. *membrana*] 'the cast skin'.

680. *cinis*] For accounts of the Phoenix cf. Herod. II 73, Tac. Ann. VI 28 (34).

681. *nec habentis nomina*] Weise cf. Ov. Met. VII 275, 276 *his et mille aliis postquam sine nomine rebus propositum intruxit mortali barbara munus*.

683. *os dirum*] sc. ipsius Erichthus.

687. *dissona*] 'jarring and very different from the tongue of men'.

689. *trepidus*] 'scared'.

691. *planctus*] Oud. cf. Ov. Heroid. XIX 121 *me miseram, quanto planguntur litora fluctu*.

697. *rector*] i.e. Pluto.

torquet] 'who through long ages art tortured by the thought that the death of the gods is long deferred', i.e. either (1) because he is indignant that the gods do not come down to the infernal regions to be his subjects, or (2) because in his misery he regrets that he is himself immortal.

699. *Thessalis*] omnes enim magae inter nocentis umbras recipiuntur, non inter Elysias. Schol.

matremque perosa] cf. Verg. G. I 39 *nec repetita sequi curet Proserpina matrem*.

Persephone, nostraeque Hecates pars ultima, per quam
 manibus et mihi sunt tacitae commercia linguae:
 ianitor et sedis laxae, qui uiscera sacuo
 spargis nostra cani: repetitaque fila sorores
 tracturae: tuque o flagrantis portitor undae
 iam lassate senex ad me redeuntibus umbris: 705
 exaudite preces, si uos satis ore nefando
 pollutoque uoco, si numquam haec carmina fibris
 humanis iciuna cano, si pectora plena
 saepe dedi et laui calido prosecta cerebro:
 si quis, cum uestris caput extaque lancibus, infans, 710
 imposuit, uicturus erat: parete precanti.
 non in Tartareo latitantem poscimus antro,
 adsuetamque diu tenebris, modo luce fugata

700. *nostrae*] 'our patroness'.
pars ultima] 'the lowest form', the
 same goddess being Luna in heaven,
 Diana on earth and Hecate in the infernal
 regions: here she is identified with Pro-
 serpina, cf. 736 foll. *infr.*

701. *manibus et mihi*] 'through whom
 the shades and I enjoy the intercourse of
 converse without speech'.

702. *ianitor*] This would naturally be
 understood to mean Cerberus, cf. Hor.
carm. III xi 15—17 *cessit immanis tibi*
blandienti ianitor aulae Cerberus: but if
ianitor be Cerberus, what is meant by
sacuo cani? The Scholiast refers to Ser-
 vius on Verg. *Aen.* VI 400 foll. and ex-
 plains *sacuo cani* as equivalent to *tibi ipsi*,
 which is impossible. Weise says *sacvus*
canis pro ventre canino: sensus est, qui
 uiscera mortuorum quae ego comedere
 cupio in caninum tuum ventrem spargis,
 hoc est, demittis. This however seems to
 be a very far-fetched explanation. Oud.,
 following a suggestion of Quevedo, under-
 stands Mercury by *ianitor*, as I think
 rightly. Quevedo refers to Diog. Laert.
 Pyth. VIII § 31 where Hermes is spoken
 of as *πυλαῖος*, and in his capacity of *ψυχο-*
πομπός he would naturally be introduced
 among the infernal deities.

703. *nostra*] may mean as Weise takes
 it 'what we witches desire', or as the
 Scholiast takes it, it may be equivalent to
humana, meaning that the bodies of the
 dead are devoured by Cerberus, tunc enim
 animae locum suum accipiunt, cum fuerit
 corpus absumptum.

repetitaque fila] 'a second thread of
 life'.

704. *tracturae*] 'about to spin', cf.
 Hor. *carm.* II xviii 8 *trahunt honestae*
purpurae clientae.

706. *si uos*] The prayers of Erichtho
 are expressed in a manner directly con-
 trary to those of others. cf. Hom. II. I
 37—42.

707. *si numquam*] i.e. if I never utter
 these spells without the accompaniment of
 human sacrifice.

708. *ieiuna*] cf. Lucret. II 844 *corpora*
suco ieiuna.

pectora plena] Weise understands by
 these words, *corpus gravidae mulieris*, but
 more probably they mean 'full of blood',
 cf. Ov. *Heroid.* III 60 *sanguinis atque*
animi pectus inane fuit, which he quotes.

709. *prosecta*] A sacrificial term for the
 chopped-up entrails, cf. Ov. *Met.* XII 152
cuius ut imposuit prosecta calentibus aris.
 Id. *Fast.* VI 163 *sic ubi libavit prosecta*
sub aethere ponit.

710. *si quis*] 'if any infant would have
 lived at the time when &c.': for the order
 of the words Weise cf. III 679, V 387,
 680, 800.

711. *imposuit*] The infant is said to
 lay its own head in the dish when this is
 done by another, cf. note on II 387.
 Weise conjectures *imposui* considering
 that the former construction is 'nimis dura
 catachresis'.

713. *modo luce*] i.e. *sed modo*; for the
 ellipse cf. II 86, 759 *infr.*

descendentem animam: primo pallentis hiatu
haeret adhuc Orci. licet has exaudiat herbas 715
ad manes uentura semel. ducis omina nato
Pompeiana canat nostri modo militis umbra,
si bene de uobis ciuilia bella merentur.

haec ubi fata caput spumantiaque ora leuauit
adspicit adstantem proiecti corporis umbram, 720
exanimes artus, inuisaque claustra timentem
carceris antiqui. pauet ire in pectus apertum
uisceraque et ruptas letali uolnere fibras.
a miser, extremum cui mortis munus inique
eripitur, non posse mori. miratur Erichtho 725
has fatis licuisse moras, irataque morti
uerberat immotum uiuo serpente cadauer:
perque cauas terrae, quas egit carmine, rimas
manibus illatrat, regnique silentia rupit:
Tisiphone, uocisque meae secura Megaera, 730
non agitis saeuis Erebi per inane flagellis
infelicem animam? iam uos ego nomine uero
eliciam, Stygiasque canes in luce superna
destituam: per busta sequar per funera custos:
expellam tumulis abigam uos omnibus urnis. 735
teque deis, ad quos alio procedere uoltu
ficta soles, Hecate, pallenti tabida forma,

715. *haeret*] 'lingers'.

716. *semel*] is perhaps best taken with *uentura* 'and then once for all to return to the shades', cf. *infr.* 762 foll.; but it might also be taken with *exaudiat* 'destined to return to the shades though it for once obey these spells'.

717. *Pompeiana*] 'omens concerning Pompeius'.

nostrī] sc. *Pompeiani*.

721. *claustra*] cf. Verg. *Aen.* VI 733,

734 *neque auras dispiciunt clausae tenebris et carcere caeco*. Hortensius refers to Plato *Cratylus* 400 C, where *σῶμα* is derived from *σῶσθαι*, see also Plato *Phaedo* 62 B.

722. *apertum*] 'gaping'.

725. *non posse mori*] i.e. not to be able to die a second time. Weise says abundat *negatio* quae iam inuoluitur uerbo *eripitur*, but this interpretation gives a far less forcible meaning, besides involving a doubt-

fully possible construction.

726. *irataque morti*] 'angry at death', i.e. at the continuation of it, after she has ordered the corpse to return to life.

728. *quas egit*] 'which it (earth) opened at her spell'. Oud. cf. *Ov. Met.* II 210, 211 *tellus fissaque agit rimas, et sucis aret ademptis*. Id. X 512 *arbor agit rimas*.

730. *secura*] The Scholiast cf. Verg. *Aen.* VII 304 *securi pelagi atque mei*.

732. *nomine uero*] sc. *canes*, cf. Aesch. *Eum.* 246.

734. *destituam*] 'will make you stand as hounds of hell', cf. *Plaut. Rudens* 823 *duo destituit signa hic cum clauis senex*. Cic. *Verr.* II iii § 66 *porro alios in publico custodiri, destitui alios in conuiuio*.

737. *pallenti tabida forma ostendam*] 'I will show thee wasted as thou art in pallid shape': for this use of the nomina-

ostendam, faciemque Erebi mutare uetabo.
eloquar immenso terrae sub pondere quae te
contineant, Ennaea, dapes, quo foedere maestum 740
regem noctis ames, quae te contagia passam
noluerit reuocare parens. tibi, pessime mundi
arbiter, immittam ruptis Titana cauernis,
et subito feriere dic. paretis? an ille
compellendus erit, quo numquam terra uocato 745
non concussa tremit, qui Gorgona cernit apertam,
uerberibusque suis trepidam castigat Erinyn,
indespecta tenet uobis qui Tartara; cuius
uos estis superi; Stygias qui peierat undas?
protinus adstrictus caluit cruor atraque fouit 750
uolnera et in uenas extremaque membra cucurrit.
percussae gelido trepidant sub pectore fibrae:
et noua desuetis subrepens uita medullis
miscetur morti. tunc omnis palpitat artus:
tenduntur nerui: nec se tellure cadauer 755
paulatim per membra leuat, terraque repulsum est
erectumque simul. distento lumina rictu
nudantur. nondum facies uiuentis in illo,

tive cf. Verg. Aen. I 72, 73 *quarum, quae forma pulcherrima, Deiopeiam conubio iungam stabili propriamque dicabo* and Conington's note.

740. *dapes*] i.e. pomegranate seeds according to the legend. cf. Ov. Met. v 534 foll.

743. *arbiter*] 'ruler', i.e. Pluto.
immittam...Titana] 'I will let in the sunlight', cf. Verg. Aen. VIII 246 *trepidantque immisso lumine manes*.

744. *paretis*] For this idiomatic use of the present indicative cf. Iuv. IV 130 *quidnam igitur censes? conciditur?* and Prof. Mayor's note.

ille] This is a reference to the mystic deity Demogorgon or Demiurgus, cf. Stat. Theb. IV 516 *et triplicis mundi summum quem scire nefastum est; illum sed taceo*.

745. *quo numquam*] 'at the summons of whose name the earth ever shakes and trembles'.

746. *Gorgona*] i.e. the sight of which is fatal to all beside.

747. *suis*] ipsius Erinnyes: quibus castigare ipsa consuevit, his caeditur. Schol.

748. *indespecta*] cf. Prof. Mayor's note on *exsecratum* Cic. Phil. II § 65.

749. *uos estis superi*] 'to whom ye (the infernal powers) are the gods above', i.e. because he dwells in a lower depth of Tartarus.

peierat] i.e. *impune*, cf. Verg. Aen. VI 323, 324 *Stygiamque paludem di cuius iurare timeant et fallere numen*. Id. XII 816, 817 *adiuro Stygii caput implacabile fontis, una superstitio superis quae reddita diuis*.

750. *fouit*] cf. Verg. Aen. XII 420 *fouit ea uolnus lymphæ longaeuus Iapyx*.

752. *trepidant*] 'throb'.

754. *miscetur morti*] 'mingles with death', i.e. both life and death are, for a time, present in the same body struggling for the mastery.

756. *per membra*] i.e. *membratim*, 'limb by limb'.

terraque] 'but bounds up from the earth and is on its feet at once'. *que* is disjunctive.

758. *nudantur*] i.e. are not covered by the eyelids.

iam morientis erat. remanet pallorque rigorque;
et stupet illatus mundo. sed murmure nullo 760
ora adstricta sonant. uox illi linguaque tantum
responsura datur. dic, inquit Thessala, magna,
quod iubeo, mercede mihi: nam uera locutum
immunem toto mundi praestabimus acuo
artibus Haemoniis: tali tua membra sepulchro, 765
talibus exuram Stygio cum carmine siluis,
ut nullos cantata magos exaudiat umbra.
sit tanti uixisse iterum: nec uerba nec herbae
audebunt longae somnum tibi soluere Lethes
a me morte data. tripodas uatesque deorum 770
sors obscura decet: certus discedat, ab umbris
quisquis uera petit duraeque oracula mortis
fortis adit. ne parce, precor. da nomina rebus,
da loca, da uocem, qua mecum fata loquantur.
addidit et carmen, quo, quidquid consulit, umbram 775
scire dedit. maestum fletu manante cadauer,
tristia non equidem Parcarum stamina, dixit,
adspexi tacitae reuocatus ab aggere ripae:
quod tamen e cunctis mihi noscere contigit umbris,
effera Romanos agitat discordia manes, 780
impiaque infernam ruperunt arma quietem.
Elysias alii sedes ac Tartara maesta
diuersi liquere duces: quid fata pararent
hi fecere palam. tristis felicibus umbris

759. *iam morientis*] 'but of one just at the point of death', cf. supr. 713.

761. *adstricta*] 'tightly curbed'.
tantum responsura] 'only to answer questions', i.e. he had not the power of speaking of his own accord. cf. Hom. Od. XI 147-149.

762. *magna...mercede*] 'and great shall be thy reward'.

764. *immunem*] 'exempt from the power of Thessalian magic', cf. II 257; Sen. Epist. XII iii (85) § 3 *alicuius animum immunem esse tristitia*. *immunis* in Virgil and Ovid is constructed with the genitive.

766. *siluis*] i.e. *lignis*, cf. note on I 591.

768. *sit tanti*] 'think it worth the cost'.
cf. Iuv. XIII 95, 96 *et phthisis et nomicae futres et dimidium crus sunt tanti*.

771. *sors obscura*] 'a riddling answer'; for the use of the singular *sors* cf. Cic. de div. II § 115 *nam cum sors illa edita est opulentissimo regi Asiae, Croesus Halym penetrans magnam peruertet opum uim*.

775. *quidquid consulit*] cf. Cic. ad Att. VII xx § 2 *nec te id consulo*.

778. *adspexi*] 'I have not seen the threads of the fates', i.e. I have no certain knowledge of the future, but only speak from conjecture.

780. *agitat*] cf. Verg. G. II 496 *infidos agitans discordia fratres*.

781. *impia*] i.e. of civil war, as usual.

783. *diuersi*] 'to opposite camps'.
Weise cf. Sall. Cat. 52 *diuerso itinere malos a bonis loca taetra habere*.

uoltus erat. uidi Decios natumque patremque 785
 lustrales bellis animas flentemque Camillum
 et Curios: Sullam de te, Fortuna, querentem.
 deplorat Libycis perituram Scipio terris
 infaustam subolem. maior Karthaginis hostis,
 non seruituri maeret Cato fata nepotis. 790
 solum te, consul depulsis prime tyrannis
 Brute, pias inter gaudentem uidimus umbras.
 abruptis Catilina minax fractisque catenis
 exsultat Mariique truces nudique Cethegi.
 uidi ego laetantis, popularia nomina, Drusos, 795
 legibus immodicos, ausosque ingentia Gracchos.
 aeternis chalybum nodis et carcere Ditis
 constrictae plausere manus, camposque piorum
 poscit turba nocens. regni possessor inertis
 pallentis aperit sedes, abruptaque saxa 800
 asperat et durum uinclis adamantia, paratque
 poenam uictori. refer haec solacia tecum,
 o iuuenis, placido manes patremque domumque
 expectare sinu, regnique in parte serena
 Pompeio seruare locum. nec gloria paruae 805
 sollicitet uitae: ueniet quae misceat omnes
 hora duces. properate mori, magnoque superbi
 quamuis e paruis animo descendite bustis,
 et Romanorum manes calcate deorum.

785. *Decios*] sc. *flentis*.786. *lustrales*] 'souls that expiated war', cf. Iuv. VIII 254 foll.*bellis*] probably dative, cf. Sen. Agam. 163, 164 *Tyndaris caeli genus lustrale classi Doricae peperit caput*.787. *Fortuna*] Sulla in his lifetime considered himself the favourite of Fortune, cf. note on II 221.788. *Libycis...terris*] i.e. where he won his own victories.789. *subolem*] i.e. Metellus Scipio.*maior*] i.e. Cato the censor.794. *nudi*] cf. note on II 543 *exsertique manus uaesana Cethegi*.795. *nomina*] cf. VII 589.*Drusos*] This refers to M. Livius Drusus, tribune of the people B.C. 90. See Mommsen Bk. IV, chapter vi.796. *ausos*] cf. Verg. Aen. VI 624 *ausi**omnes immane nefas, ausoque potiti*.797. *chalybum*] i.e. of iron.800. *aperit*] 'opens wide', cf. note on III 17.803. *placido—sinu*] 'in a peaceful retreat'.805. *nec gloria*] 'and let not the glory of a short life trouble thee', i.e. the short time Caesar is destined to survive his victory.807. *magnoque superbi*] 'and glorying in your greatness of soul descend to the shades from tombs however humble'.809. *et Romanorum*] 'and tread under foot the shades of the gods of Rome', i.e. of Caesar and his deified successors.*calcate*] i.e. because they will be in the depths of Tartarus, while you are above them in Elysium.

quem tumulum Nili, quem Tybridis abluat unda, 810
 quaeritur, et ducibus tantum de funere pugna est.
 tu fatum ne quaere tuom cognoscere: Parcae
 me reticente dabunt: tibi certior omnia uates
 ipse canet Siculis genitor Pompeius in aruis:
 ille quoque incertus, quo te uocet, unde repellat, 815
 quas iubeat uitare plagas, quae sidera mundi.
 Europam, miseri, Libyamque Asiamque timete:
 distribuit tumulos uestris Fortuna triumphis.
 o miseranda domus, toto nihil orbe uidebis
 tutius Emathia. sic postquam fata peregit, 820
 stat uoltu maestus tacito mortemque reposcit.
 carminibus magicis opus est herbisque cadauer
 ut cadat et nequeunt animam sibi reddere fata
 consumpto iam iure semel. tum. robore multo
 exstruit illa rogam: uenit defunctus ad ignes: 825
 accensa iuuenem positum strue linquit Erichtho
 tandem passa mori: Sextoque ad castra parentis
 it comes: et caelo lucis ducente colorem,
 dum ferrent tutos intra tentoria gressus,
 iussa tenere diem densas nox praestitit umbras. 830

810. *quem*] equivalent to *utrum*, cf. note on I 126.

811. *quaeritur*] 'the only question is'.

814. *ipse canet*] No doubt this refers to some episode which Lucan intended to introduce into a later book, in which the shade of Pompeius would foretell his fate to Sextus, as Anchises to Aeneas. Weise.

815. *ille quoque*] 'nay, he too is uncertain'.

817. *Europam*] Grotius cf. Mart. v. lxxiv *Pompeios iuuenes Asia atque Europa sed ipsum terra tegit Libyes, si tamen ulla tegit. quid mirum toto si spargitur orbe? iacere uno non poterat tanta ruina loco.* Gnaeus was killed in Spain, Sextus at Miletus.

818. *distribuit*] 'Fortune has divided your tombs among the lands ye triumphed over'.

820. *tutius*] i.e. every quarter of the world is equally fatal to you. cf. vii 870

quid totum premitis, quid totum soluitis orbem? These words may also, as the Scholiast thinks, refer to the fact that Pompeius and his sons escaped in safety from Pharsalia.

peregit] cf. Iuv. v 122 *donec peragat dictata magistri omnia.*

824. *consumpto*] 'as their power has been used up once for all'.

825. *uenit*] 'walked', qui consuevit adferri. Schol.

826. *positum*] 'laid out', cf. Verg. Aen. iv 681 *sic te ut posita, crudelis, abessem?*

828. *lucis ducente colorem*] albescente iam die. Schol. cf. Verg. Ecl. ix 49, 50 *astrum quo segites gauderent frugibus, et quo duceret apricis in collibus una colorem.* Iuv. ii 81 *unaque conspecta liuorem ducit ab una.*

830. *tenere*] 'to hold back'.

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIAE
LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENT OF BOOK VII.

The eve of the battle of Pharsalia; Pompeius' dream 1—44. At sunrise Pompeius' troops clamour for battle: Cicero urges their case 45—85. Pompeius answers, and against his better judgment gives the signal for battle 85—150. Prodigious 150—213. Pompeius' battle array 214—234. Caesar, rejoicing that the day of battle has come, addresses his soldiers 236—336. The feelings of Pompeius: he soliloquizes 337—384. Reflexions on the result of the battle 385—459. The fighting begins: the allies of Pompeius are defeated 460—544, and after a severe struggle his Roman troops 545—585. Apostrophe to Brutus 586—596. Death of Domitius 597—616. Lamentation over the result of the battle 617—646. Pompeius flies 647—727. Caesar occupies Pompeius' camp, and leaves the bodies of the enemy unburied 728—824 which are devoured by beasts and birds 825—846. Apostrophe to Thessaly 847—872.

Segnior Oceano quam lex aeterna uocabat
luctificus Titan numquam magis aethera contra
egit equos currumque polo rapiente retorsit:
defectusque pati uoluit raptaeque labores
lucis: et adtraxit nubes, non pabula flammis, .5

1. *segnior*] 'rising more slowly from ocean than nature's eternal laws demanded'. cf. Verg. G. 1 60, 61 *continuo has leges aeternaeque foedera certis imposuit natura locis*.

2. *numquam magis*] to be taken with *luctificus*, 'never with more doleful presage'.

aethera contra] 'up the steep of heaven', cf. Plin. H. N. vii § 83 *Fusus Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus et ducentaria duo umeris contra scalas ferebat*. Sil. Ital. xiv 351, 352 *puppes*

etiam constructaque saxa feminea traxisse ferunt contra ardua dextra. Weise cf. Ov. Met. 11 72, 73 *nitor in aduersum, nec me qui cetera uincit impetus, et rapido contrarius euehor orbi*.

3. *polo*] equivalent to *uertice*, 'though the revolution of the heavens hurried it on'.

4. *defectusque*] cf. Verg. G. 11 478 *defectus solis uarios lunaeque labores*.

5. *pabula*] See note on 1 415; Cic. N. D. 11 § 40 *cum sol igneus sit oceanique alatur umoribus*.

sed ne Thessalico purus luceret in orbe.

at nox, felicitis Magno pars ultima uitae,

sollicitos uana decepit imagine somnos.

nam Pompeiani uisus sibi sede theatri

innumeram effigiem Romanae cernere plebis, 10

adtollique suum laetis ad sidera nomen

uocibus, et plausu cuneos certare sonantis.

qualis erat populi facies clamorque fauentis,

olim cum iuuenis primique aetate triumphi,

post domitas gentes quas torrens ambit Hiberus, 15

et quaecumque fugax Sertorius impulit arma,

uespere pacato, pura uenerabilis aequae

quam currus ornante toga, plaudente senatu,

sedit adhuc Romanus eques. seu fine bonorum

anxia uenturis ad tempora laeta refugit: 20

siue per ambages solitas contraria uisibus

uaticinata quies magni tulit omina planctus:

seu uetito patrias ultra tibi cernere sedes

sic Romam Fortuna dedit. ne rumpite somnos,

castrorum uigiles, nullas tuba uerberet aures. 25

crastina dira quies et imagine maesta diurna

6. *purus*] 'in full lustre'.

9. *Pompeiani...theatri*] see note on I 133.

10. *innumeram*] The epithet which properly belongs to *plebis* is transferred to *effigiem*, 'the image of the countless Roman people', not 'countless images' as in Ov. Heroid. XVI 366 *unus is innumeri militis instar habet*.

12. *plausu*] cf. Verg. G. II 508—510 *hunc plausus hiantem per cuneos geminatus enim plebisque patrumque corripuit*.

14. *primi*] His first triumph was over Africa B. C. 79, when he was only twenty-four years of age: it was not until B. C. 71 that he triumphed over Spain, after the death of Sertorius.

16. *impulit*] 'set in motion'.

17. *uespere pacato*] 'having pacified the west', i.e. Spain.

pura uenerabilis] 'no less worshipful in pure white gown than (he would have been) in that which usually adorns the car of triumph', i.e. the *toga picta*.

20. *anxia*] sc. *quies* 'his repose full of anxiety for the future'. cf. Stat. Theb.

X 324 *fors illi praesaga quies*.

21. *contraria uisibus*] 'foretelling the opposite of his visions', i.e. by the *plausus* of which he dreamed the *planctus* which was in store for him was foreshadowed. Compare Plin. Epp. I xviii § 2 *refert tamen euentura soleas an contraria somnare*.

23. *ultra*] 'in the future', cf. Verg. Aen. IX 782 *quos alios muros, quae iam ultra moenia habetis?*

24. *sic*] i.e. in dreams.

25. *nullas*] 'let not the trumpet strike his ears at all', cf. Catull. VIII 14 *at tu dolebis cum rogaberis nulla*; Propert. I xvii 11, 12 *an poteris siccis mea fata reponere ocellis, ossaque nulla tuo nostra tenere sinu?* so too commonly *nullus uenit*, 'he never came'. Cic. ad Att. xv xxii *ego autem scripsi Sextum aduentare, non quo iam adesset, sed quia certe id ageret ab armisque nullus discederet*.

26. *crastina*] 'to-morrow's night of horror haunted by the sad image of the day's events'.

undique funestas acies feret undique bellum.
 unde pares somnos populi noctemque beatam?
 o felix, si te uel sic tua Roma uideret.
 donassent utinam superi patriaeque tibique 30
 unum, Magne, diem, quo fati certus uterque
 extremum tanti fructum caperetis amoris.
 tu uelut Ausonia uadis moriturus in urbe:
 illa rati semper de te sibi conscia uoti
 hoc scelus haud umquam fatis haerere putauit 35
 sic se dilecti tumulum quoque perdere Magni.
 te mixto flessset luctu iuuenisque senexque
 iniussusque puer: lacerasset crine soluto
 pectora femineum ceu Bruti funere uolgens.
 nunc quoque, tela licet paueant uictoris iniqui, 40
 nuntiet ipse licet Caesar tua funera, flebunt:
 sed dum tura ferunt dum laurea sarta Tonanti.
 o miseri, quorum gemitus edere dolorem,
 qui te non pleno pariter planxere theatro.
 uicerat astra iubar, cum mixto murmure turba 45
 castrorum fremuit, fatisque trahentibus orbem,

28. *pares*] is the present subjunctive of *parare*. Oud. following Bersmann and some MSS. reads *populis*, and takes *pares* as an adjective, cf. Ov. Heroid. XII 44 *sed mihi tam faciles unde meosque deos?*

somnos populi] 'sleep such as the people enjoy', see note on v 506. See also Shakspeare K. Henry IV part II act iii sc. i.

29. *uel sic*] i.e. even in dreams.

31. *quo fati*] 'in which while both aware of impending doom ye might have indulged in the last enjoyment of your mighty love' i.e. for each other.

33. *tu uelut Ausonia*] 'thou dost march on as though fated to die in the Ausonian capital', i.e. without a thought that he will die far from Rome in Egypt.

34. *rati*] 'conscious that her prayers on thy behalf had ever been heard', i.e. as the prayers of Rome had restored Pompeius to health when attacked by fever, she believed they would always be equally effectual. cf. Iuv. x 283—286 *prouida Pompeio dederat Campana febres optandas: sed multae urbes et publica nota uicerunt: igitur fortuna ipsius et urbis seruatum uicto caput abstulit*. Cic. T. D.

i § 86, Plut. Pomp. 57. Weise explains *rati* as equivalent to *firmi* 'constant', but cf. Ov. Fast. i 696 *efficiatque ratas utraque diua preces*.

37. *flessset*] i.e. hadst thou died at Rome.

39. *Bruti*] The matrons mourned for Brutus for a year, cf. Liv. II 7, Iuv. VIII 267 and Prof. Mayor's note.

42. *sed dum*] i.e. but their weeping has to be done in the midst of forced thanksgivings for Caesar's victory.

43. *edere*] probably equivalent to *consumpsere*, 'whose groans used up all their grief', i.e. all they dared to show: they had to be content with expressing their grief by groans, and did not dare to beat their breasts publicly in the theatre as (*pariter*) they had once clapped their hands. Oud. cf. Ov. Met. XIII 540 *lacrimasque introrsus obortas deuorat ipse dolor*. *edere* might also possibly be taken as 'mumbled over' 'did not let out of their mouths', cf. Pers. III 81 *murmura cum secum et rabiosa silentia rodunt*.

46. *trahentibus*] 'dragging to ruin', cf. IV 738.

signa petit pugnae. miseri pars maxima uolgi
 non totum uisura diem, tentoria circum
 ipsa ducis queritur, magnoque accensa tumultu
 mortis uicinae properantis admouet horas. 50
 dira subit rabies: sua quisque ac publica fata
 praecipitare cupit: segnis pauidusque uocatur
 ac nimium patiens soceri Pompeius, et orbis
 indulgens regno, qui tot simul undique gentes
 iuris habere sui uellet pacemque timeret. 55
 nec non et reges populique queruntur Eoi
 bella trahi patriaque procul tellure teneri.
 hoc placet, o superi, cum uobis uertere cuncta
 propositum, nostris erroribus addere crimen.
 cladibus irruimus nocituraque poscimus arma: 60
 in Pompeianis uotum est Pharsalia castris.
 cunctorum uoces Romani maximus auctor
 Tullius cloquii, cuius sub iure togaque
 pacificas saeuus tremuit Catilina secures,
 pertulit, iratus bellis, cum rostra forumque 65
 optaret passus tam longa silentia miles.
 addidit inualidae robur facundia causae:
 hoc pro tot meritis solum te, Magne, precatur
 uti se Fortuna uelis: procuresque tuorum

48. *non totum*] i.e. destined to die before the day was done.

50. *mortis*] 'brings nearer the already hastening hour of approaching death', cf. 591 *infr.* IV 481: cf. the use of *semouere* in Hor. *carm.* I iii 32, 33 *semotique prius tarda necessitas leti corripuit gradum*.

54. *indulgens*] 'seeking to prolong his sway over the world'.

55. *iuris...sui*] cf. note on I 51. *timeret*] *ne priuatus fieret post triumphum*. Schol.

57. *teneri*] *sc. se teneri*.

59. *nostris erroribus*] 'to add guilt on our part to our mistakes' *ut quod perimus nobis imputetur non fatis*, Oud. i.e. because by our own wicked wishes for battle with our countrymen, we deserve what might otherwise be considered as a misfortune.

60. *irruimus*] 'we rush upon disasters'. *irruere* generally takes the accusative with *in*, but cf. Claudian *de cons. Mall. Theod.*

194 *irruet intrepidus flammis*.

nocitura] cf. Iuv. x 8 *nocitura toga nocitura petuntur militia*.

61. *in Pompeianis*] 'Pharsalia's field is prayed for in Pompeius' camp'. cf. Ov. A. A. I 737 *ut uoto potiare tuo miserabilis esto*.

62. *auctor*] 'master' cf. Hor. *carm.* I xxviii 14, 15 *iudice te non sordidus auctor naturae uerique*.

63. *Tullius*] Oud. remarks that Lucan has made a great mistake in introducing Cicero as urging Pompeius to risk a battle, when according to his own letters he did precisely the opposite, cf. *ad fam.* VII iii § 2 *suadere institui ut bellum duceret*. *iure togaque*] 'civil sway'.

65. *pertulit*] 'conveyed to Pompeius' ears'.

68. *pro tot meritis*] 'in return for her many kindnesses'.

69. *uti se*] 'to make full use of her'.

castrorum regesque tui cum supplice mundo 70
 adfusi uinci socerum patiare rogamus.
 humano generi tam longo tempore bellum
 Caesar erit? merito Pompeium uincere lente
 gentibus indignum est a transcurrente subactis.
 quo tibi feruor abit? aut quo fiducia fati? 75
 de superis, ingratis, times? causamque senatus
 credere dis dubitas? ipsae tua signa reuellent
 prosilientque acies. pudeat uicisse coactum.
 si duce te iusso, si nobis bella geruntur,
 sit iuris, quocumque uelint, concurrere campo. 80
 quid mundi gladios a sanguine Caesaris arces?
 uibrant tela manus: uix signa morantia quisquam
 exspectat: propera, ne te tua classica linquant.
 scire senatus auet, miles te, Magne, sequatur,
 an comes. ingemuit rector, sensitque deorum 85
 esse dolos et fata suae contraria menti.
 si placet hoc, inquit, cunctis, si milite Magno
 non duce tempus eget, nil ultra fata morabor.
 inuoluat populos una Fortuna ruina,
 sitque hominum magnae lux ista nouissima parti. 90
 testor, Roma, tamen: Magnum, quo cuncta perirent,
 accepisse diem. potuit tibi uolnere nullo
 stare labor belli: potuit sine caede subactum
 captiuomque ducem uiolatae tradere paci.

71. *adfusi*] 'prostrate before you', cf. Ov. Met. IX 605 *amplectique pedes adfusa-que poscere nitam*.

72. *bellum*] i.e. the cause of war.

74. *a transcurrente*] 'subdued by him in hasty march across their lands'.

76. *de superis*] 'on the score of the gods'.

79. *duce te iusso*] non iubente: si tibi senatus non tu senatui imperas. Grotius. cf. V 21 *cunctaque iussuri primum hoc decernite patres* V 46 *Magnumque iubete esse ducem*.

nobis] for us, the senate, *non tibi*.

80. *sit iuris*] sc. *militibus*, 'let them have the right'.

82. *uix...quisquam*] 'scarce any one'. *quisquam* can be used with *uix* as it is equivalent to a negative.

83. *ne te*] 'lest your trumpets outstrip you', i.e. begin the battle without waiting for your orders.

84. *miles...an comes*] i.e. whether you have absolute command over them, or they have an equal voice, cf. *infr.* 223 where *miles* is opposed to *dux*.

85. *sensitque*] 'and felt it was the treachery of the gods and doom approaching in opposition to his own judgment'.

87. *si milite*] 'needs that Magnus act the soldier rather than the general'.

90. *lux ista*] 'this light we see'.

92. *accepisse*] non aduocasse sed iussum accepisse. Weise. ad proelium non cogo sed cogor. Schol.

potuit tibi] 'might have cost you not a single wound'.

94. *uiolatae*] 'might have consigned to

quis furor, o cacci, scelerum? ciuilia bella 95
 gesturi metuunt ne non cum sanguine uincant?
 abstulimus terras, exclusimus aequore toto,
 ad praematuras segetum ieiuna rapinas
 agmina compulimus, uotumque effecimus hosti
 ut mallet sterni gladiis mortesque suorum 100
 permiscere meis. belli pars magna peracta est
 his quibus effectum est ne pugnam tiro paueret:
 si modo uirtutis stimulis iraeque calore
 signa petunt. multos in summa pericula misit
 uenturi timor ipse mali. fortissimus ille est, 105
 qui promptus metuenda pati si comminus instent
 et differre potest. placet haec tam prospera rerum
 tradere Fortunae? gladio permittere mundi
 discrimen? pugnare ducem quam uincere malunt.
 res mihi Romanas dederas, Fortuna, regendas: 110
 accipe maiores et caeco in Marte tuere.
 Pompeii nec crimen erit nec gloria bellum.
 uincis apud superos uotis me, Caesar, iniquis:
 pugnatur. quantum scelerum quantumque malorum
 in populos lux ista feret: quot regna iacebunt: 115
 sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.
 prima uelim caput hoc funesti lancea belli,
 si sine momento rerum partisque ruina

the peace he was the first to break', i.e. by reducing him again to a private station. Oud. following some MSS. reads *Romanae tradere paci*, but this, as he himself says, probably arose from a gloss *Romane* on *tibi* in line 92.

97. *terras*] 'the land', as the Scholiast says, de duobus elementis dicit exclusum Caesarem in quibus homo potest esse. Weise unnecessarily understands by it, terras Orientales, sine quibus imperium Romanum esse non poterat.

101. *meis*] sc. *meorum mortibus*.

belli pars] 'I grant the war is half finished'.

103. *irae*] i.e. eagerness to fight, Weise. cf. 1 207, 292 II 92, 529.

104. *multos*] i.e. but the same result may arise from despair.

108. *mundi discrimen*] 'the decision of the whole world's fate', cf. Cic. Phil.

XIV § 3 *huius totius belli in unius uiri fortissimi et maximi uita positum esse discrimen*.

111. *accipe*] quasi depositum, 'take them back enlarged and protect them thyself in the blind chance of war', i.e. I disclaim all further responsibility and leave that to Fortune.

113. *uincis*] i.e. because Caesar has prayed for battle, and now it has come, cf. 238 *infr*.

117. *prima*] 'the first dart hurled in this lamentable war'.

118. *sine momento*] 'without giving the deathblow to our fortunes'.

partis] 'party'; for this use of *pars* in the singular, cf. Cic. ad fam. x xxxi § 2 *cum uero non liceret mihi nullius partis esse*, Id. post rediv. ad Quirit. § 13 *cum uiderem ex ea parte homines cuius partis nos uel principes numerabamur*.

casurum est, feriat: neque enim uictoria Magno
laetior. aut populis inuisum, hac clade peracta, 120
aut hodie Pompeius erit miserabile nomen.
omne malum uicti, quod sors feret ultima rerum,
omne nefas uictoris erit. sic fatur, et arma
permittit populis frenosque furentibus ira
laxat: et ut uictus uiolento nauita Cauro 125
dat regimen uentis, ignauomque arte relicta
puppis onus trahitur. trepido confusa tumultu
castra fremunt, animique truces sua pectora pulsant
ictibus incertis. multorum pallor in ore
mortis uenturae est faciesque simillima fato. 130
aduenisse diem qui fatum rebus in acuom
conderet humanis, et quaeri Roma quid esset
illo Marte, palam est. sua quisque pericula nescit
adtonitus maiore metu. quis litora ponto
obruta, quis summis cernens in montibus aequor, 135
aetheraque in terras deiecto sole cadentem,
tot rerum finem, timeat sibi? non uacat ullos
pro se ferre metus: urbi Magnoque timetur.

120. *laetior*] i.e. than such a death.

122. *omne malum*] omne damnum imputabitur uicto, omne peccatum imputabitur uictori. Schol.

sors ultima] 'the worst possible fate'. cf. 444 inf. v 692.

125. *et ut uictus*] If the reading be sound we must supply mentally after *et* '*dat regimen populis*', but to read *uti* instead of *et ut* would do away with all difficulty.

126. *regimen*] 'the direction' cf. Hom. Od. XI 10 τὴν δ' ἀνέμος τε κυβερνήτης τ' ἴθουεν. *regimen* is also used of the rudder itself, cf. Ov. Met. III 593 *addidici regimen dextra moderante carinae flectere*.

ignauomque] 'is swept along as a useless burden of the ship': this seems better than to take *puppis* as the nominative, as Weise does, 'the ship is swept along as an unresisting weight', as this involves a change of subject; cf. Hom. Il. XVIII 104 ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης.

arte relicta] 'abandoning the pilot's art'.

128. *animique truces*] 'and fierce hearts beat with uncertain throbbings against the bosoms that contain them'. cf. Aesch.

Ag. 995—997 σπλάγχνα δ' οὔτι ματάζει πρὸς ἐνδίκους φρεσὶν τελεσφόροις δίνας κυκλοῦμενον κέαρ.

129. *pallor*] cf. Verg. Aen. VIII 709 *illam inter caedes pallentem morte futura fecerat ignipotens*. See also Ben Jonson, Catiline Act V sc. 6 'His countenance was a civil war itself, And all his host had standing in their looks The paleness of the death that was to come'.

130. *faciesque*] 'a look that matches well their doom', i.e. they look 'fey', to use a Scotch expression.

132. *conderet*] cf. Verg. Aen. X 35 *noua condere fata*, which Conington explains as 'to compose', fate being regarded as a book: but the metaphor may be drawn from 'building up', 'establishing'.

quid esset] i.e. free or enslaved.

133. *nescit*] 'forgets', 'ignores', cf. Stat. Theb. VII 674 *praedam uidet ac sua uulnera nescit*.

134. *adtonitus*] 'overpowered', so *confusus* in Iuv. III 1 *quamuis digressu ueteris confusus amici*. cf. II 22.

138. *ferre*] cf. Verg. Aen. IX 291 *hanc sine me spem ferre tui*.

nec gladiis habuere fidem nisi cautibus asper
 exarsit mucro : tunc omnis lancea saxo 140
 erigitur : tendunt neruis melioribus arcus :
 cura fuit lectis pharetras implere sagittis.
 auget eques stimulos frenorumque aptat habenas.
 si liceat superis hominum conferre labores,
 non aliter Phlegra rabidos tollente Gigantas 145
 Martius incaluit Siculis incudibus ensis :
 et rubuit flammis iterum Neptunia cuspis,
 spiculaque extenso Pacan Pythone recoxit,
 Pallas Gorgoneos diffudit in aegida crines,
 Pallenaea Ioui mutauit fulmina Cyclops. 150
 non tamen abstinuit uenturos prodere casus
 per uarias Fortuna notas. nam Thessala rura
 cum peterent, totus uenientibus obstitit aether
 [inque oculis hominum fregerunt fulmina nubes :]
 aduersasque faces, immensoque igne columnas, 155
 et trabibus mixtis auidos Pythonas aquarum
 detulit, atque oculos ingesto sulphure clausit.

139. *asper*] cf. Tac. Ann. xv 54 *promptum uagina pugionem...uetustate obtusum increpans, asperari saxo et in mucronem ardescere iussit*.

140. *exarsit*] 'flashed into sparks'. Oud. cf. Hor. carm. II viii 15, 16 *semper ardentis aciens sagittas cote cruenta*.

141. *erigitur*] 'is straightened' cf. I 242 *curuataque cuspe pila*.

143. *auget—stimulos*] 'prepares larger spurs'.

frenorum—habenae] 'the reins that guide the bit'. For the whole passage cf. Verg. Aen. VII 624—640.

144. *superis*] sc. *superorum laboribus*; σχήμα καθ' ὅλον καὶ μέρος.

145. *Phlegra*] cf. IV 597 foll. *tollente*] 'upreared', perhaps with a reference to the birth of the giants from the earth.

146. *Martius*] For this list of the weapons of the gods cf. Iuv. XIII 78—83.

147. *cuspis*] i.e. αἰχμή, 'trident'.

148. *spiculaque*] 'forged afresh his arrows after laying Python low'; cf. Verg. Aen. VII 636 *recoquunt patrios fornacibus enses*.

extenso] cf. Verg. Aen. v 374 *perculit et multa moribundum extendit harena*.

150. *Pallenaea*] 'made fresh thunderbolts for use at Pallene' i.e. at Phlegra. Oud. cf. Stat. Silu. IV ii 55, 56 *dux superum secreta iubet dare carmina Musas et Pallenaeos Phoebum laudare triumphos*.

151. *prodere*] 'to foretell', cf. Verg. Aen. X 99 *murmur uenturos nautis prodentia uentos*.

153. *aether*] i.e. *caelum*, cf. 160 *infr.*

154. *inque oculis*] This line is not found in most MSS. and seems to be made up from line 157: it also breaks the sense, as *aether* is required as the subject of *detulit*.

155. *aduersasque faces*] cf. I 527. Oud. cf. Val. Max. I vi § 12 *egresso a Dyrrhachio aduersa agmini eius fulmina iaciens*.

156. *mixtis*] cf. Verg. Ecl. x 55 *interea mixtis lustrabo Maenala nymphis*.

Pythonas] This, which according to Grotius is the reading of the best MSS., is retained by Weise. sc. 'fiery serpents': the Scholiast reads *typhonas* in the sense of 'fiery eddies': Grotius suggests *siphonas*, which Oud. adopts, as a possible reading, meaning 'water-spouts', and supports the use of σφῶν in this sense in Greek by a passage in Olympiodorus.

157. *clausit*] i.e. compelled them to close their eyes.

excussit cristas galeis, capulosque solutis
 perfudit gladiis, ereptaque pila liquauit,
 aethereoque nocens fumauit sulphure ferrum. 160
 nec non innumero cooperta examine signa
 uixque reuolsa solo, maiori pondere pressum
 signiferi mersere caput rorantia fletu,
 usque ad Thessaliam Romana et publica signa.
 admotus superis discussa fugit ab ara 165
 taurus et Emathios praeceps se iecit in agros;
 nullaque funestis inuenta est uictima sacris.

at tu, quos scelerum superos, quas rite uocasti
 Eumenidas, Cacus? Stygii quae numina regni,
 infernumque nefas, et mersos nocte furores? 170
 impia tam sacue gesturus bella litasti.
 iam dubium monstribus deum nimione paori
 crediderint: multis concurrere uisus Olympo
 Pindus, et abruptis mergi conuallibus Haemus,
 edere nocturnas belli Pharsalia uoces, 175
 ire per Ossaeam rapidus Boebeida sanguis:
 inque uicem uoltus tenebris mirantur opertos,

158. *capulosque*] 'bathed the hilts with the molten metal of their swords'.

159. *liquauit*] Oud. cf. Sil. Ital. 623—626 *regnator superum sublata fulmina dextra librauit clipeoque ducis non cedere certi incussit: summa liquefacta est cuspidis in hasta, et fluxit ceu correptus fornicibus ensis*.

160. *nocens*] *ferrum per se iam nocens*. Weise.

161. *examine*] Weise says, of birds. cf. Lucret. v 1363 *pullorum examine*: the Scholiast says, of bees, and this is confirmed by Val. Max. i vi § 12.

162. *uixque reuolsa solo*] The difficulty found in plucking the standards from the ground would be regarded as an omen of evil.

163. *mersere*] 'weighed down'.
rorantia fletu] 'streaming with tears', i.e. the moisture from the rain on the standards is supposed to represent their grief for the fate of the army. Compare the more poetical fancy in Byron, Childe Harold III xxvii, 'And Ardennes waves above them her green leaves Dewy with Nature's tear-drops, as they pass, Grieving,

if aught inanimate e'er grieves, Over the unreturning brave'.

164. *usque ad*] 'until Thessaly's fatal day the standards of Rome and of the State', i.e. thenceforward they were the standards of the Emperor. Grotius cf. Tac. Ann. i 2 *Bruto et Cassio caesis nulla iam publica arma*.

165. *discussa*] 'scattering the altar in its flight'.

168. *scelerum superos*] 'gods that delight in crime'.

170. *nefas*] 'horror', cf. Stat. Theb. vi 944 *penitus latet exitus ingens monstratumque nefas*.

171. *litasti*] 'didst win favour with the gods by sacrifice'.

172. *dubium*] i.e. it is uncertain whether these visions were omens from heaven, or fancies produced by terror.

174. *abruptis*] 'to sink into steeply-yawning valleys'.

176. *ire per*] i.e. lake Boebeis at the foot of Mt Ossa appeared to flow with blood.

177. *inque uicem*] compare the description of the suitors in Hom. Od. xx 351

et pallere diem, galeisque incumbere noctem,
defunctosque patres et cunctas sanguinis umbras
ante oculos uolitare suos. sed mentibus unum 180
hoc solamen erat quod uoti turba nefandi
conscia, quae patrum iugulos quae pectora fratrum
sperabat, gaudet monstribus mentisque tumultu,
atque omen scelerum subitos putat esse furores.

quid mirum populos quos lux extrema manebat 185
lymphato trepidasse metu, praesaga malorum
si data mens homini est. Tyriis qui Gadibus hospes
adiacet Armeniumque bibit Romanus Araxen,
sub quocumque die quocumque est sidere mundi,
maeret, et ignorat causas, animumque dolentem 190
corripit, Emathiis quid perdat nescit in aruis.
Euganeo, si uera fides memorantibus, augur
colle sedens, Aponus terris ubi fumifer exit,
atque Antenorei dispergitur unda Timauī,
uenit summa dies, geritur res maxima, dixit: 195

fol. ἃ δειλοὶ τί κακὸν τὸδε πάσχετε; νυκτὶ
μὲν ὑμῶν εἰλύσεται κεφαλαὶ τε πρόσωπά τε
νέρθε τε γούνα· οἰμωγὴ τε δέδεγε, δεδάκρυ-
νται τε παρεῖαί· εἰδῶλων τε πλέον πρόθυρον
πλείη τε καὶ αὐλὴ ἱεμένων ἐρεβόσδε ὑπὸ ζό-
φου, ἥελιός τε οὐρανοῦ ἐξαπόδλωκε κακὴ δ'
ἐπιδεδρόμεν ἀχλὺς.

178. *pallere*] 'lose its lustre', cf. note
on VI 502.

179. *sanguinis*] 'of their kindred', cf.
Cic. pro Rosc. Amer. § 66 *magnum possi-*
det religionem paternus maternusque san-
guis.

181. *uoti*] 'conscious of the guiltiness
of their prayers'.

183. *monstris mentisque tumultu*] 'the
horrors seething in their hearts'.

184. *omen scelerum*] i.e. 'they look on
these as an omen that their guilty wishes
will be accomplished'.

185. *populos*] appears to refer to Ro-
mans living abroad, cf. 436 *infra*.

lux extrema] i.e. the last day worth
living.

manebat] cf. Verg. Aen. VII 596 *te*
Turne nefas te triste manebit supplicium.

186. *praesaga*] 'since the mind of man
is prone to presentiment of ill'.

188. *bibit*] cf. Verg. Ecl. I 62 *aut*
Ararim Parthus bibit aut Germania Ti-
grim. Id. Aen. VII 715 *qui Tiberim Fa-*

barimque bibunt.

189. *die*] cf. notes on I 153, VIII 217.
mundi is here equivalent to *caeli* as in
Lucretius and Virgil.

191. *corripit*] 'rebukes', i.e. for its
sadness, cf. Ov. ex Ponto II vi 5 *corripis*
ut debes stulti peccata sodalis. Iuv. X
291, 292 *cur tamen, inquit, corripias?*
pulcra gaudet Latona Diana.

192. *Euganeo*] The Euganean hills
are in the neighbourhood of Patavium:
this story about the augur Cornelius is
told by Plutarch, Caes. 47, on the au-
thority of Livy.

194. *Antenorei*] Antenor was said to
have founded Patavium, cf. Verg. Aen. I
242 foll. *Antenor potuit mediis elapsus*
Aethiis Illyricos penetrare sinus, atque
intima tutus regna Liburnorum et fontem
superare Timauī: unde per ora nouem
uasto cum murmure montis it mare prorup-
tum, et pelago premit arua sonanti; hic
tamen ille urbem Patavī sedesque locauit
Teucrorum.

dispergitur] refers to the several under-
ground channels by which the river reach-
ed the sea, see Conington's note on Verg.
loc. cit.

195. *uenit summa dies*] cf. Verg. Aen.
II 324.

impia concurrunt Pompeii et Caesaris arma;
 seu tonitrus ac tela Iouis praesaga notauit,
 aethera seu totum discordi obsistere caelo
 perspexitque polos: seu lumen in aethere maestum
 solis in obscuro pugnam pallore notauit. 200
 dissimilem certe cunctis quos explicat egit
 Thessalicum natura diem: si cuncta perito
 augure mens hominum caeli noua signa notasset,
 spectari toto potuit Pharsalia mundo.
 o summos hominum, quorum Fortuna per orbem 205
 signa dedit, quorum fati caelum omne uacauit.
 haec et apud seras gentes populosque nepotum,
 siue sua tantum uenient in saecula fama,
 siue aliquid magnis nostri quoque cura laboris
 nominibus prodesse potest, cum bella legentur, • 210
 spesque metusque simul perituraque uota mouebunt:
 adtonitique omnes ueluti uenientia fata,
 non transmissa legent, et adhuc tibi, Magne, fauebunt.
 miles ut aduerso Phoebi radiatus ab ictu

198. *aethera totum*] omnia sidera Weise.
discordi] proleptic; 'break the laws of
 the sky and spoil its harmony'.

200. *solis in obscuro*] 'marked the
 battle by way of the sun's paleness'. The
 repetition of *notauit* within four lines is
 worth noticing, the meaning being some-
 what different in the two cases.

201. *quos explicat*] 'which she unfolds
 to the world'; the metaphor is that of
 rolling back the pall of night, cf. Hor.
 Sat. I v 9 *iam nox inducere terris umbras*;
 or, less probably, 'which she brings to a
 conclusion', cf. Florus I xxi § 5 *sic Fabius
 Maximus periculosissimum bellum sine
 periculo explicuit*.

egit] 'made to pass'.

202. *cuncta—mens hominum*] is pro-
 bably equivalent to *mens cunctorum ho-*
minum: *perito augure* 'under the guidance
 of a skilful augur'; but it is possible that
cuncta perito should be taken together as
 'skilled in all things', cf. Auson. Ep.
 cxxxvii 1 *arma uirumque docens atque
 arma uirumque peritus*.

203. *spectari*] i.e. all the world might
 have known that the battle of Pharsalia
 was being fought.

206. *signa dedit*] cf. note on I 529.

quorum fati] 'for whose destinies all

heaven found room', cf. Ov. Trist. 216
non uacat exiguis rebus adesse Ioui.

207. *seras*] 'in distant times', cf. Verg.
 G. II 58 *seris factura nepotibus umbram*.

208. *in saecula*] cf. X 533 Plin. Paneg.
 55 *ibit in saecula fuisse principem cui flo-*
renti et incolumi numquam nisi modici
honores decernerentur.

209. *nostri*] cf. Verg. Aen. IX 446, 447
fortunati ambo, si quid mea carmina pos-
sunt, nulla dies unquam memori uos exi-
met aeuo.

210. *legentur*] 'when the tale of war
 shall be read', cf. Verg. Ecl. IV 26 *facta*
parentis iam legere.

211. *peritura*] 'doomed to be thrown
 away', i.e. wasted on what is past and
 cannot be remedied, cf. Cic. ad Att. II
 xvii § 1 *ne et opera et olem philologiae*
nostrae perierit.

212. *adtoniti*] 'in dismay'. cf. I 34 *supr*.

213. *transmissa*] 'past and over', cf.
 Plin. Ep. VIII xi § 2 *incipit refici trans-*
missumque discrimen conualescendo metiri.
 Stat. Silu. I iv 124 *nemo modum trans-*
missi computet aevi.

214. *radiatus*] 'illumined', cf. Ov. ex
 Ponto III iv 103 *scuta sed et galeae gemmis*
radiantur et auro.

ab ictu] cf. note on II 493.

descendens totos perfudit lumine colles 215
 non temere immissus campis: stetit ordine certo
 infelix acies. cornus tibi cura sinistri,
 Lentule, cum prima, quae tum fuit optima bello,
 et quarta legione datur: tibi, numine pugnax
 aduerso, Domiti, dextri frons tradita Martis. 220
 at medii robur belli fortissima densant
 agmina, quae Cilicum terris deducta tenebat
 Scipio, miles in hoc, Libyco dux primus in orbe.
 at iuxta fluuios et stagna undantis Enipei
 Cappadocum montana cohors et largus habenae 225
 Ponticus ibat eques. sicci sed plurima campi
 tetrarchae regesque tenent magnique tyranni,
 atque omnis Latio quae seruit purpura ferro.
 illuc, et Libye Numidas et Creta Cydonas
 misit: Ituraeis cursus fuit inde sagittis: 230
 inde, truces Galli, solitum prodistis in hostem:
 illic pugnaces commouit Hiberia cetras.
 eripe uictori gentes, et sanguine mundi
 fuso, Magne, semel totos consume triumphos.
 illo forte die Caesar statione relicta 235
 ad segetum raptus moturus signa, repente
 conspicit in planos hostem descendere campos,
 oblatumque uidet uotis sibi mille petitum
 tempus, in extremos quo mitteret omnia casus.
 aeger quippe morae flagransque cupidine regni 240

215. *perfudit*] 'spread the glitter of their arms over all the hills'.

216. *immissus*] is best taken as a participle, not as a verb, although the three participles agreeing with *miles* make the sentence somewhat awkward.

219. *numine pugnax*] 'ever ready to fight although the gods be unpropitious'.

223. *Libyco*] sc. after Pompeius' death, at the battle of Thapsus.

225. *largus habenae*] 'giving free rein to their steeds'. Oud. cf. IX 611 Sil. Ital. VII 601 *largumque comae prosternit Adherben*. Id. VIII 249 *largusque rapinae*.

227. *tetrarchae*] The special title of the chieftains of Galatia, but used generally,

cf. Hor. Sat. I iii 12 *modo reges atque tetrarchas omnia magna loquens*.

228. *ferro*] cf. x 5 *regnum Lagi Romana sub arma iret*.

230. *cursus fuit*] 'winged their flight'.

231. *Galli*] i.e. the Allobroges, who had deserted from Caesar to Pompeius, cf. Caes. B. C. III 59-61.

233. *eripe*] *occidentur*, inquit, omnes, ne sint quibus uictor imperet rex aut de quibus triumphet. Schol.

234. *triumphos*] cf. note on II 644.

240. *aeger—morae*] cf. Sil. Ital. XIII 52 *aeger delicti*: *aeger* is used in a somewhat different way with the genitive in Sil. Ital. III 72 *aegra timoris Roma*.

coeperat exiguo tractu ciuilia bella
 ut lentum damnare nefas. discrimina postquam
 aduentare ducum supremaque proelia uidit,
 casuram et fatis sensit nutare ruinam,
 illa quoque in ferrum rabies promptissima paulum 245
 languit, et casus audax spondere secundos
 mens stetit in dubio, quam nec sua fata timere,
 nec Magni sperare sinunt. formidine mersa
 prosilit hortando melior fiducia uolgo:
 o domitor mundi, rerum fortuna mearum, 250
 miles, adest totiens optatae copia pugnae.
 nil opus est uotis: iam fatum accersite ferro.
 in manibus uestris, quantus sit Caesar, habetis.
 haec est illa dies mihi quam Rubiconis ad undas
 promissam memini, cuius spe mouimus arma, 255
 in quam distulimus uetitos remeare triumphos.
 haec eadem est hodie quae pignora quaeque penates
 reddat, et emerito faciat uos Marte colonos.
 haec fato quae teste probet, quis iustius arma
 sumpserit: haec acies uictum factura nocentem est. 260
 si pro me patriam ferro flammisque petistis,

241. *exiguo tractu*] 'though not greatly prolonged' i.e. although they were soon brought to crisis the time seemed long to Caesar.

242. *damnare*] cf. Iuv. VIII 202 *damnat enim tales habitus, et damnat et odit*.

244. *fatis...nutare*] 'the ruin nodding to that destined fall', cf. 505 *infr.* Iuv. III 196 *securos pendente iubet dormire ruina*. Weise reads *fati*, but according to Oud. *fatis* is found in the best MSS.

246. *spondere*] sc. *sibi* 'to promise itself', cf. Verg. Aen. IX 296 *sponde digna tuis ingentibus omnia coeptis*.

247. *nec sua fata*] i.e. because both Pompeius and himself had always hitherto been successful.

248. *mersa*] 'suppressing his fear', burying it out of sight, cf. Sen. Herc. Oet. 1351, 1352 *ora quid flectis retro uoltumque mergis?*

249. *prosilit*] 'confidence bounds forth, better suited (i.e. than fear) for encouraging the crowd'. Oud. cf. Verg. G. I 286 *nona fugae melior contraria furtis*.

250. *rerum*] 'you on whom my desti-

nies depend'.

252. *accersite*] cf. IV 484.

255. *promissam*] cf. I 388.

256. *in quam*] 'to which we put off our triumphs forbidden to return to Rome', i.e. as the soldiers were forbidden to return to enjoy their triumph, the triumph itself, which is identified with them, is said to be forbidden to return. It is possible however, though the position of the words is against it, to take *remeare* with *distulimus*, 'to which we put off the return of our forbidden triumphs'; for *deferre* with infinitive cf. Liv. XLII 2 *nec ultra ad arma ire dilaturum*.

257. *haec eadem*] This line and the following are omitted in many MSS.; it is doubtful whether *eadem* est *dies hodie* would be an admissible expression.

259. *quis*] equivalent to *uter*, cf. notes on I 128, VI 810.

iustius] cf. Cic. pro Ligar. § 19 *causa tum dubia quod erat aliquid in utraque parte quod probari posset: nunc melior ea iudicanda est quam etiam di adiuerunt*.

nunc pugnate truces gladiosque exsoluite culpa.
 nulla manus belli mutato iudice pura est.
 non mihi res agitur, sed uos ut libera sitis
 turba precor, gentes ut ius habeatis in omnes. 265
 ipse ego priuatae cupidus me reddere uitae,
 plebciaque toga modicum componere ciuem,
 omnia dum uobis liceant nihil esse recuso.
 inuidia regnate mea. nec sanguine multo
 spem mundi petitis: Graiis delecta iuuentus 270
 gymnasiis aderit studioque ignaua palaestrae,
 et uix arma ferens, et mixtae dissona turbae
 barbaries; non illa tubas non agmine moto
 clamorem latura suom. ciuilia paucae
 bella manus facient: pugnae pars magna leuabit 275
 his orbem populis Romanumque obteret hostem.
 ite per ignauas gentes famosaque regna,
 et primo ferri motu prosternite mundum:

262. *exsoluite*] i.e. by victory, cf. Tac. Hist. iv 14 *uictoriae rationem non reddi*. Oud. cf. Petron. 122 *ite mei comites et causam dicite ferro; namque omnes unum crimen uocat*.

263. *mutato*] Grotius compares the answer of Philocles, the Athenian general, to Lysander after the battle of Aegospotami, Plut. Lysan. 13 ὁ δὲ οὐδέν τι πρὸς τὴν συμφωρὰν ἐνδοῦς ἐκέλευσε μὴ κατηγορεῖν ὧν οὐδεὶς ἐστὶ δικαστῆς, ἀλλὰ νικῶντα πρᾶττειν ἅπερ ἂν νικηθεὶς ἔπασχεν.

267. *modicum componere ciuem*] modicum compositumque ciuem agere. Weise. 'to settle down as an ordinary citizen'. cf. Tac. Ann. i 73 *modici equitis Romani*; Id. xi 7 *se modicos senatores qui quieta re publica nulla nisi pacis emolumenta peterent*.

268. *omnia*] There are two possible interpretations of this line: (1) which seems to me preferable, 'until all things are lawful for you, I refuse to be made a cipher'. cf. Cic. ad fam. vii xxxiii § 1 *nos enim plane...aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus*: or (2) 'there is nothing which I refuse to be, so long as you are all powerful', i.e. I am ready to take any part.

269. *inuidia*] 'be yours the power, mine the blame'.

270. *Graiis*] cf. Hor. Sat. ii 10, 11

si Romana fatigat militia adsuetum Graecari. Iuv. viii 113—115 *forsitan imbelles Rhodios unctamque Corinthon despicias merito; quid resinata iuuentus cruraque totius facient tibi leuia gentis?*

271. *gymnasiis*] The training of athletes was considered incompatible with that of soldiers. cf. Plat. Rep. iii 410 B. foll. Plut. Philopoemen 3 ἀθλητικὸν στρατιωτικοῦ σώμα καὶ βίον διαφέρειν τοῖς πᾶσι. Quintil. x i 33 *non athletarum toros sed militum lacertos esse*.

272. *mixtae*] 'a motley horde of various-tongued barbarians': for this 'genitive of apposition' cf. Hor. Sat. i 79 *uitium irae*. Liv. xxiv 3 *lucus...proceris abietis arboribus saeptus*.

273. *non illa*] cf. Verg. Aen. vi 592—594 *at pater omnipotens densa inter nubila telum contorsit; non ille faces nec fumae taedis lumina*.

274. *ciuilia*] emphatic, few of the enemy are Romans.

paucae manus] 'but few of your hands'.

276. *populis*] 'foreign nations', cf. i 82, 93.

277. *famosa*] probably 'of evil repute', cf. Hor. carm. iii iii 26, Sat. i iv 5, 6: the word is also often used in a good sense, cf. Tac. Hist. v 2 *quia famosae urbis supremam diem tradituri sumus*, speaking of Jerusalem.

sitque palam quas tot duxit Pompeius in urbem
 curribus unius gentes non esse triumphi. 280
 Armeniosne mouet Romana potentia cuius
 sit ducis? aut emptum minimo uolt sanguine quisquam
 barbarus Hesperiiis Magnum praeponere rebus?
 Romanos odere omnes dominosque grauantur;
 quos nouere, magis. sed me Fortuna meorum 285
 commisit manibus, quorum me Gallia testem
 tot fecit bellis. cuius non militis ense
 agnoscam? caelumque tremens cum lancea transit,
 dicere non fallar quo sit uibrata lacerto.
 quod si signa ducem numquam fallentia uestrum 290
 conspicio faciesque truces oculosque minaces,
 uicistis. uideor fluuios spectare cruoris,
 calcatosque simul reges, sparsumque senatus
 corpus, et immensa populos in caede natantis.
 sed mea fata moror, qui uos in tela ruentis 295
 uocibus his teneo. ueniam date bella trahenti:
 spe trepido: haud umquam uidi tam magna daturus
 tam prope me superos: camporum limite paruo
 absumus a uotis: ego sum cui Marte peracto
 quae populi regesque tenent donare licebit. 300
 quone poli motu, quo caeli sidere uerso,
 Thessalicae tantum, superi, permittitis orae?
 aut merces hodie bellorum aut poena paratur.

279. *in urbem*] cf. Petron. 122 *quamquam quos gloria terret? aut qui sunt qui bella cident? mercedibus emptae ac uiles operae quibus sit mea Roma nouerca.*

280. *curribus*] 'in so many triumphs'. *unius*] 'are not material for a single triumph'.

281. *mouet*] cf. Hor. Sat. I x 78 *men' moueat cimex Pantilius?*

282. *sit ducis*] Compare the language of Civilis in Tac. Hist. IV 17 *dum alii Vespasianum alii Vitellium foucant patere locum aduersus utrumque.*

284. *grauantur*] 'loathe', cf. V 258, Suet. Aug. 72 *ampla et operosa praetoria grauabantur.* Plin. Paneg. 43 § 3 *scis, ut sunt diuersa natura dominatio et principatus, ita non aliis esse principem gratiorum quam qui maxime dominum grauatur.*

285. *quos nouere*] i.e. Pompeius, the conqueror of the East.

288. *agnoscam*] Oud. cf. Sil. Ital. IX 246—248 *se cognoscere iactat qua dextra ueniant stridentis sibila teli, promittitque uiris nulli se de fore testem.*

290. *signa*] i.e. *faciesque truces oculosque minaces.*

292. *uideor*] cf. Hor. carm. II i 21, 22 *audire magnos iam uideor duces non indecoro fuluere sordidos.*

298. *tam prope me*] cf. Verg. Ecl. I 42 *nec tam praesentes alibi cognoscere diuos.*

limite] 'dividing line' and so 'interval'.

301. *quone*] 'by what shifting of the pole, by the revolution of what star in heaven?' For the double interrogative cf. X 99, Hor. Sat. II iii 295 *quone malo mentem percussa? timore deorum.*

Caesareas spectate cruces spectate catenas,
 et caput hoc positum rostris, effusaque membra, 305
 Septorumque nefas, et clausi proelia Campi.
 cum duce Sullano gerimus ciuilia bella.
 uestri cura mouet: nam me secura manebit
 sors quaesita manu: fodientem uiscera cernet
 me mea qui nondum uicto respexerit hoste. 310
 di, quorum curas abduxit ab aethere tellus
 Romanusque labor, uincat quicumque necesse
 non putat in uictos saeuom destringere ferrum,
 quique suos ciues, quod signa aduersa tulerunt,
 non credit fecisse nefas. Pompeius in arto 315
 agmina uestra loco uetita uirtute moueri
 cum tepuit, quanto satiauit sanguine ferrum.
 uos tamen hoc oro, iuuenes, ne caedere quisquam
 hostis terga uelit: ciuis qui fugerit esto.
 sed dum tela micant, non uos pietatis imago 320
 ulla nec aduersa conspecti fronte parentes
 commoueant: uoltus gladio turbate uerendos.
 siue quis infesto cognata in pectora ferro
 ibit, seu nullum uiolabit uolnere pignus,
 ignoti iugulum tamquam scelus imputat hostis. 325

304. *Caesareas*] Grotius cf. Suet. Jul. 30 *quod probabilius facit Asinius Pollio Pharsalica acie caesos profligatosque aduersarios prospicientem haec eum ad uerbum dixisse referens*; 'hoc uoluerunt; tantis rebus gestis Gaius Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem'.

305. *effusaque membra*] 'limbs scattered to the winds'; in Stat. Theb. VI 841 the same words occur in the sense of 'overgrown limbs'.

306. *Septorum*] cf. II 196 foll.

307. *Sullano*] cf. note on I 326.

308. *secura*] 'intrepid', cf. Petron. 123 *magnam nixus in hastam horrida securis frangebat gressibus arua*.

309. *manu*] Oud. cf. Florus II xiii 83 *dicitur in illa perturbatione et de extremis cogitasse secum manifestoque uoltu fuisse quasi occupare mortem manu uellet*, speaking of Caesar at the battle of Munda.

311. *di, quorum*] 'ye gods whose care has been withdrawn from heaven by earth

and the sufferings of Rome'.

312. *labor*] cf. Verg. Aen. IV 78 *Ilia-cos iterum demens audire labores exposcit*.

313. *non putat*] cf. Florus II xiii 50 *altera (uox) ad iactationem composita 'parce ciuibus'*.

315. *nefas*] The Scholiast cf. Cic. pro Ligar. § 17 *scelus tu illud uocas, Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit: alii errorem appellant, alii timorem*.

316. *uetita uirtute*] 'where your bravery had no power to move'. cf. Hor. Sat. II i 71, 72 *quin ubi se a uolgo et scaena in secreta remorant uirtus Scipiadæ et mitis sapientia Laeli*.

320. *imago*] cf. Verg. Aen. IX 294 *et mentem patriae strinxit pietatis imago*.

322. *turbate*] 'disfigure', cf. Stat. Theb. IX 745 *prima Tanagraeum turbauit harundo Corobum*.

325. *ignoti*] 'the foe is one who reckons the slaughter (even) of a stranger as a crime', i.e. who if victorious will show

sternite iam uallum fossasque implete ruina,
 exeat ut plenis acies non sparsa manipulis;
 parcite ne castris: uallo tendetis in illo
 unde acies peritura uenit. uix cuncta locuto
 Caesare quemque suum munus trahit, armaque raptim
 sumpta Ceresque uiris. capiunt praesagia belli, 331
 calcatisque ruunt castris: stant ordine nullo,
 arte ducis nulla; permittunt omnia fati.
 si totidem Magni soceros totidemque petentis
 urbis regna suae funesto in Marte locasses, 335
 non tam praecipiti ruerent in proelia cursu.
 uidit ut hostiles in rectum exire cateruas
 Pompeius nullasque moras permittere bello
 sed superis placuisse diem: stat corde gelato
 adtonitus: tantoque duci sic arma timere 340

no mercy even if we shall spare our relatives.

imputat] The MSS. seem to vary between *impetat* and *imputet*: the following is the explanation given by Sulpitius of the former: ea atrocitate hostem ignotum inuadat, qua inuaderet necessarium et cognatum 'let him assail the throat of an unknown foe as though it were an accursed thing', i.e. a kinsman's throat, which would bring a curse upon him. Oud. with many MSS. reads *imputet*, explaining it thus: imputate mihi mortes etiam uilium et ignotorum, tanquam interfeceritis cognatos et scelus propter me feceritis, cf. III 436, 437 *iam ne quis uestrum dubitet subuertere siluam credite me fecisse nefas*. Weise's note gives no explanation of *tamquam scelus*. As neither *imputet* nor *impetat* appears to admit of any satisfactory explanation, I have ventured to read *imputat*, which is a combination of the two, and can, I think, be interpreted as above.

326. *sternite*] In the American Journal of Philology, Vol. 5, pp. 325—330 Mr Perrin shows that this order of Caesar's, in itself most improbable, is mentioned by no authority except Appian Civil Wars II 74, 75, and is in fact contradicted by Caesar, who says, B. C. III 89 *cohortes septem castris praesidio reliquerat*. He concludes that Appian founded his statement on this passage in Lucan.

327. *plenis*] 'not divided but with companies complete', i.e. leaving no re-

serve to guard the camp.

328. *tendetis*] 'you shall encamp', cf. Verg. Aen. II 29 *hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles*.

331. *sumpta Ceresque uiris*] This is the reading of the Roman edition of 1469; according to Oud. *sumpta uirisque Ceres* is found in MSS. The Schol. explains *frumentum singuli et arma sumpserunt*. cf. Val. Flacc. V 215—217 *arma iubet celsa socios depromere puppi, dona dehinc Bacchi casus qui firmet in omnes; raptam Ceres, uiridesque premunt longo ordine ripas*. Grotius with some MSS. reads *sumpta uiris; celeres...* and is followed by Weise.

capiunt praesagia] 'they seize on this omen of the war's result', i.e. Caesar's words, cf. Aesch. Ag. 1652, 1653, A1. ἀλλὰ μὴν κἀγὼ πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν. Xo. δεχομένους λέγεις θανεῖν σε τὴν τύχην δ' αἰρούμεθα.

335. *locasses*] An emendation of Grotius for *locasset* of MSS. Oud. ingeniously suggests that *funesto* on the other hand should be changed into *fortuna*, leaving *locasset*, but does not admit the change into his text.

336. *non tam*] i.e. had they been all Caesars they would not have been so eager to fight.

337. *in rectum*] 'straightforward', cf. Ov. Met. II 714, 715 *iterque non agit in rectum sed in orbem curuat eundem*.

339. *corde gelato*] cf. Iuv. VI 95 *timent pauidoque gelantur pectore*.

omen erat. premit inde metus totumque per agmen
 sublimi praeuectus equo: quem flagitat, inquit,
 uestra diem uirtus, finis ciuilibus armis
 quem quaesistis, adest. totas effundite uires;
 extremum ferri superest opus, unaque gentes 345
 hora trahit. quisquis patriam carosque penates,
 qui subolem ac thalamos desertaque pignora quaerit,
 ense petat: medio posuit deus omnia campo.
 causa iubet melior superos sperare secundos:
 ipsi tela regent per uiscera Caesaris, ipsi 350
 Romanas sancire uolent hoc sanguine leges.
 si socero dare regna meo mundumque pararent,
 praecipitare meam fatis potuere senectam.
 non iratorum populis urbique deorum est
 Pompeium seruare ducem. quae uincere possent 355
 omnia contulimus. subiere pericula clari
 sponte uiri, sacraque antiquus imagine miles.
 si Curios his fata darent reducesque Camillos
 temporibus Deciosque caput fatale uouentis,
 hinc starent. primo gentes oriente coactae, 360
 innumeraeque urbes, quantas in proelia numquam
 exciure manus. toto simul utimur orbe.

341. *omen*] cf. Verg. Aen. VII 173.
 174 *hic sceptrum accipere, et primos attollere*
fascis regibus omen erat.

342. *praeuectus*] 'riding along the line'.

344. *totas effundite uires*] 'put forth
 all your strength', Oud. cf. Ov. Met. I
 278 *uires effundite uestras, sic opus est.*
 Liv. X 28 *quantumcunque uirium habuit*
certamine primo effudit.

346. *trahit*] 'drags to ruin', cf. Verg.
 Aen. V 709 *quo fata trahunt retrahuntque*
sequamur. See also note on IV 222.

348. *medio—campo*] i.e. as the prize,
 cf. Hom. Il. XXIII 704 ἀνδρὶ δὲ νικηθέντι
 γυναικ' ἐς μέσσω ἐθήκεν.

350. *regent*] 'will guide', cf. Verg.
 Aen. IX 409 *hunc sine me turbare globum,*
et rege tela per auras.

351. *hoc sanguine*] apud Romanos
 mos erat ut ubi foedus fiebat ibi porca oc-
 cideretur. Schol. Caesar's blood is thus
 on this occasion to take the place of the
 victim's: cf. Cic. ad Quirīt. post redit.
 § 13 *cum omnia cum omnibus foedera, re-*

conciliationes gratiarum, sanguine meo
sancirentur.

353. *praecipitare*] 'they might have
 brought my old age to a speedy end by a
 natural death'. cf. Tac. Ann. VI 16 (10)
per idem tempus L. Piso pontifex, rarum
in tanta claritudine, fato obiit.

356. *clari*] *clari* or *clarissimi* became
 under the empire the technical title of
 senators, cf. Vopisc. Aurel. 18 *libros in-*
spici clarissimi ordinis iussit auctoritas.
 Lamprid. Heliogab. 4 *matrem suam in*
senatum rogari iussit... solusque omnium
imperatorum fuit sub quo mulier, quasi
clarissima, loco uiri senatum ingressa est.

357. *sacraque*] 'soldiers who show
 their ancient blood by hallowed busts'
 i.e. of their ancestors.

360. *primo—oriente*] 'the furthest East'
 i.e. where the sun first appears.

361. *quantas*] 'have summoned to
 battle more hands than they have ever
 done before'.

quidquid signiferi comprehensum limite caeli
 sub Noton et Borean hominum sumus arma mouemus.
 nonne superfusis collectum cornibus hostem 365
 in medium dabimus? paucas uictoria dexteras
 exigit: at plures tantum clamore cateruae
 bella gerent. Caesar nostris non sufficit armis.
 credite pendentis e summis moenibus urbis
 crinibus effusis hortari in proelia matres. 370
 credite grandaeuom uetitumque aetate senatum
 arma sequi sacros pedibus prosternere canos:
 atque ipsam domini metuentem occurrere Romam.
 credite qui nunc est populus populumque futurum
 permixtas adferre preces. haec libera nasci, 375
 haec uolt turba mori. si quis post pignora tanta
 Pompeio locus est, cum prole et coniuge supplex,
 imperii salua si maiestate liceret,
 uolueret ante pedes. Magnus, nisi uincitis, exsul,
 ludibrium soceri, uester pudor, ultima fata 380
 deprecor, ac turpes extremi cardinis annos,
 ne discam seruire senex. tam maesta locuti
 uoce ducis flagrant animi Romanaque uirtus
 erigitur; placuitque mori, si uera timeret.
 ergo utrimque pari concurrunt agmina motu 385
 irarum: metus hos regni spes excitat illos.

363. *quidquid—hominum*] cf. Catull.
 III 2 *quantum est hominum uenustiorum*;
 Hor. Epod. v 1, 2 *at o deorum quidquid*
in caelo regit terras et humanum genus.

limite] 'embraced within the zone of
 the zodiac', cf. Ov. Met. II 130 *sectus in*
obliquum est lato curuamine limes.

364. *sub Noton*] 'extending to the
 south and north'.

365. *collectum*] 'closely packed'.

366. *in medium dabimus*] 'shall we
 not surround?'

367. *clamore*] Oud. cf. Val. Flacc. VI
 751 *Marte carent, solisque iuuant clamori-*
buz agmen.

368. *non sufficit*] 'is all too little'.

373. *domini metuentem*] cf. Hor. Ep.
 II II 15 *metuens pendentis habenae.*
occurrere] 'appear before you'.

376. *mori*] sc. *libera*.

pignora] cf. Plin. Ep. I xii § 3 *plurimas*
uiuendi causas habentem...praeterea filiam
uxorem nepotem sorores interque tot pig-
nora ueros amicos.

380. *uester pudor*] 'a disgrace to you',
 cf. Ov. Met. VIII 157 *destinat hunc Minos*
thalamo remouere pudorem, i.e. the Mino-
 taur.

ultima] 'the worst destiny', cf. 222
 supr., i.e. 'disgrace' not 'death' as Weise
 understands by it.

381. *extremi cardinis annos*] 'the
 years that form the extreme limit of my
 life', i.e. simply 'my last years.' *cardo* is
 equivalent to *limes*, cf. note on IV 73: for
 the genitive cf. note on 272 supr.

384. *si uera timeret*] 'if what he said
 he feared were true', i.e. if Pompeius'
 fears were well grounded.

385. *motu*] 'feeling', cf. I 184.

haec facient dextrae, quidquid non expleat actas
 ulla nec humanum reparet genus omnibus annis,
 ut uacet a ferro. gentes Mars iste futuras
 obruet, et populos acui uenientis in orbem 390
 crepto natale feret. tunc omne Latinum
 fabula nomen erit: Gabios Veiosque Coramque
 puluere uix tectae poterunt monstrare ruinae,
 Albanosque lares Laurentinosque penates
 rus uacuom, quod non habitet, nisi nocte coacta, 395
 inuitus, questusque Numam iussisse, senator.
 non aetas haec carpsit edax monumentaque rerum
 putria destituit: crimen ciuile uidemus
 tot uacuas urbes. generis quo turba redacta est
 humani? toto populi qui nascimur orbe, 400
 nec muros implere uiris nec possumus agros:
 urbs nos una capit: uincto fossore coluntur
 Hesperiae segetes: stat tectis putris auitis
 in nullos ruitura domus: nulloque frequentem
 ciue suo Romam, sed mundi faece repletam, 405

387. *quidquid*] almost equivalent to *quantum*: 'all the slaughter that no future age can make up for', cf. VIII 365. Catull. LVI 3 *ride quidquid amas Cato Catullum*. For *explere*, cf. *infr.* 415.

389. *ut uacet*] 'though it be free from the sword'.

390. *uenientis in orbem*] 'next coming into the world'; *orbis* by itself is rarely found in this sense: but 'recurring in a cycle' cannot well be the meaning in this passage.

391. *crepto natale*] 'depriving them of birth', i.e. by the slaughter of those who might have been their fathers.

feret] 'will sweep away'.

392. *fabula*] cf. Hor. *carm.* I iv 16 *iam te premet nox fabulaeque manes*. For the desolation of the cities of the Latin league, cf. Hor. *Ep.* I xi 7, 8 *scis Lebedus quid sit; Gabiis desertior atque Fidenis uicus*. Propert. v i 34 *et qui nunc nulli maxima turba Gabi*.

393. *puluere*] 'of Gabii, Veii and Cora scarce will their dust-covered ruins show the site'.

395. *rus uacuom*] nominative, sc. *uix poterit monstrare*: for *uacuom* cf. Verg. *G.* II 225 *uacuis Clanius non aequus Aceris*.

coacta] 'forced upon him', cf. Plin. *H.* N. VII § 92 *tantam etiam coactam humani generis iniuriam*, i.e. an injury done by violence. The night referred to is that of the *feriae Latinae*, for which see *Dict. of Antiq.*

396. *Numam*] According to Dionysius of Halicarnassus *Bk IV* it was Tarquinius Superbus who instituted the *feriae Latinae*; but the Romans ascribed to Numa all their religious ceremonies and particularly the rules to be observed on holidays. cf. Plut. *Numa* 14.

398. *putria destituit*] 'has abandoned to decay the monuments of the past'.

crimen ciuile] 'the guilty result of civil war', cf. I 24.

402. *uincto*] cf. Plin. *Ep.* III xix § 7 *nam nec ipse usquam uinctos habeo nec ibi quisquam*, referring to Italy north of the Po. On the subject of the depopulation of Italy cf. Appian, *Civil Wars* I cap. VII.

404. *in nullos*] 'ready to fall, but on the heads of none'.

405. *facee*] cf. Iuv. III 61 foll. *quamuis quota portio faccis Achaei? iam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes* &c. Tac. *Ann.* XV 44 *quo cuncta undique atro-*

cladis eo dedimus, ne tanto in tempore bellum
iam posset ciuile geri. Pharsalia tanti
causa mali. cedant feralia nomina Cannae;
et damnata diu Romanis Allia fastis.
tempora signauit leuiorum Roma malorum, 410
hunc uoluit nescire diem. pro tristia fata.
aera pestiferum tractu, morbosque fluentis,
insanamque famem, permissasque ignibus urbes,
moeniaque in praeceps laturos plena tremores
hi possent explere uiri, quos undique traxit 415
in miseram Fortuna necem, dum munera longi
explicat eripiens aeui, populosque ducesque
constituit campis: per quos tibi, Roma, ruenti
ostendat quam magna cadas. quo latius orbem
possedit citius per prospera fata cucurrit. 420
omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis:
te geminum Titan procedere uidit in axem.
haud multum terrae spatium restabat Eoae,
ut tibi nox tibi tota dies tibi curreret aether,

cia aut pudibunda conflunt celebrantur-que.

406. *cladis eo dedimus*] 'we have brought to such a state of ruin'.

ne] i.e. 'only to prevent the possibility of waging civil war'.

tanto in tempore] 'during the long time since', apparently meaning that the wars of Antonius and Augustus were not fought by genuine Roman soldiers. Oud. with some MSS. reads *corpore*, cf. Verg. Aen. XI 313 *toto certatum est corpore regni*.

409. *Allia*] cf. Verg. Aen. VII 717 *quosque secans infaustum interluit Allia nomen*.

411. *nescire*] 'to ignore', cf. supr. 133.

412. *pestiferum tractu*] 'pestilential to inhale'. cf. Verg. Aen. II 683 *tactu innoxia*.

fluentis] 'contagious', cf. VI 89.

413. *insanamque famem*] 'maddening hunger', cf. Verg. Aen. IX 340 *suadet enim naesana fames*. Ov. Fast. IV 364 *annis it insana nomine Gallus aqua*. Compare the usage by Horace in an active sense of *uarius* carm. II v 12: *inaequalis*, carm. II ix 3: *exsanguis* Epp. I xix 18.

414. *moeniaque*] 'earthquakes that

would hurl to ruin crowded cities'.

415. *explere*] 'make up for', cf. supr. 387. Liv. III 68 *iam unicuique ex agris sua damna muntiabantur; quid est tandem domi, unde ea expleatis?* Justin V 4 *expleat contumelias honoribus, detrimenta muneribus, exsecrationes precibus*.

416. *dum*] 'while she displays the gifts of long ages in the act of snatching them away'.

munera] sc. multitudinem hominum qui ad tantum numerum munere longi aeui excreuerant. Omnibonus.

417. *explicat*] A military metaphor, displays them as in a review, cf. note on VI 9.

419. *quam magna cadas*] 'how great thou art in thy fall': for the contrast between the Latin and English idioms cf. note on I 457.

421. *gentes*] 'conquered nations'.

422. *geminum*] 'advancing towards both poles', i.e. northward and southward.

424. *nox—dies*] These words show the extension of the Roman power eastward and westward, completing line 422.

tibi curreret aether] 'for thee heaven should revolve'.

omniaque errantes stellae Romana uiderent. 425
 sed retro tua fata tulit par omnibus annis
 Emathiae funesta dies. hac luce cruenta
 effectum ut Latios non horreat India fasces,
 nec uetitos errare Dahas in moenia ducat
 Sarmaticumque premat succinctus consul aratrum: 430
 quod semper saeuas debet tibi Parthia poenas,
 quod fugiens ciuile nefas redituraque numquam
 libertas ultra Tigrim Rhenumque recessit,
 ac totiens nobis iugulo quaesita uagatur,
 Germanum Scythicumque bonum, nec respicit ultra
 Ausoniam, uellem, populis incognita nostris. 436
 uolturis ut primum laeua fundata uolatu
 Romulus infami compleuit moenia luco

425. *omniaque*] 'and that the planets should look down on nought that was not Rome's', cf. Hor. Epp. i xviii 57 *si quid abest Italis adiudicat armis*, Ov. A. A. i 177 *ecce parat Caesar domito quod defuit orbi addere*, Id. Fast. i 85, 86, *Iuppiter arce sua totum cum spectet in orbem nil nisi Romanum quod tueatur habet*.

426. *retro*] cf. Verg. Aen. ii 169, 170 *ex illo fluere ac retro sublapsa referri spes Danaum*.

par] 'a match for all bygone years'.

429. *netitos*] 'forbidden to lead their nomad life', cf. ii 296.

430. *Sarmaticum*] 'in Sarmatia', cf. notes on i 106, v 703.

succinctus] The ancient fashion of wearing the toga was kept up in religious ceremonies, cf. Verg. Aen. vii 187, 188 *ipse Quirinali lituo paruaque sedebat succinctus trabea*, and note on i 596.

aratrum] nam antea solebat consul ad subingatam gentem coloniam deducere et aratro signare spatium ciuitatis. Schol. cf. Verg. Aen. i 425 *pars optare locum tecto, et concludere sulco*.

431. *quod semper*] These words also depend on *effectum*, though the change from *ut* with subjunctive to *quod* with indicative is somewhat strange. The punctuation of the passage given by Weise makes it quite unintelligible.

debet] i.e. has not yet paid the penalty.

433. *Tigrim*] Grotius would change this to *Tanaim* (1) because the Scythians not the Parthians, are mentioned below,

(2) because the Parthians were not free, but under a despotism: the alteration however is unnecessary, for Lucan is regarding freedom as exemption from the sway of the Caesars, and is probably thinking of the lines in Verg. Ecl. i 62, 63 *ante, pererratis amborum finibus, exsul aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim*, cf. note on 435 *infr.*

434. *iugulo*] 'at the risk of our life-blood'.

uagatur] 'wanders free', Oud. cf. Claudian in Rufin. i 53, 54 *Concordia Virtus cumque Fide Pietas alta ceruice uagantur*.

435. *respicit*] This appears to be also taken from Verg. Ecl. i 28 *libertas, quae sera tamen respexit inertem*.

436. *uellem*] 'and would she had never been known to our tribes', i.e. the tribes of Italy, cf. note on 185 *supr.*

437. *ut*] 'ever since'. cf. Hor. Epod. vii 19, 20 *ut immerentis fluxit in terram Remi sacer nepotibus eror*.

laeua] 'inauspicious' i.e. because slavery has in the end been the fate of Rome.

438. *compleuit*] 'filled with inhabitants'.

luco] 'by means of the dishonourable grove', i.e. by making it an asylum for criminals, &c., cf. Verg. Aen. viii 342 *hinc lucum ingentem quem Romulus acer asylum rettulit*, Iuv. viii 272—275 *et tamen, ut longe repetas longaeque reuoluas nomen, ab infami gentem deducis asylo: maiorum primus quisquis fuit ille tuorum aut pastor fuit aut illud quod dicere nolo*.

usque ad Thessalicas seruisses, Roma, ruinas.
 de Brutis, Fortuna, queror. quid tempora legum 440
 egimus aut annos a consule nomen habentis?
 felices Arabes Medique Eoaque tellus,
 quam sub perpetuis tenuerunt fata tyrannis.
 ex populis qui regna ferunt sors ultima nostra est,
 quos servire pudet. sunt nobis nulla profecto 445
 numina: cum caeco rapiantur saecula casu,
 mentimur regnare Iouem. spectabit ab alto
 aethere Thessalicas, teneat cum fulmina, caedes?
 scilicet ipse petet Pholoen petet ignibus Octen
 immeritaeque nemus Rhodopes pinusque Mimantis:
 Cassius hoc potius feriet caput? astra Thyestae 451
 impulit et subitis damnauit noctibus Argos:
 tot similes fratrum gladios patrumque gerenti
 Thessaliae dabit ille diem? mortalia nulli
 sunt curata deo. cladis tamen huius habemus 455

439. *seruisses*] equivalent to *seruire* *debebas*, cf. Verg. Aen. VIII 643 *at tu dictis, Albane, maneres*.

440. *de Brutis*] i.e. because they freed Rome from servitude to the kings.

tempora legum] 'ages under the rule of law' opposed to *tempora regum*, cf. Iuv. VIII 268 *legum prima securis*, Liv. II 1 *liberi iam hinc populi Romani res, pace belloque gestas, annuos magistratus, impetriaque legum, potentiora quam hominum peragam*.

441. *a consule*] 'dated by a consul's name', i.e. instead of a king's: the outward sign of the republic opposed to the monarchy. cf. Tac. Ann. I 1.

443. *sub perpetuis*] 'under an unbroken succession of despots'.

444. *ex populis*] 'of all the nations that endure tyranny our lot is the worst, for we are ashamed to be slaves'.

445. *nobis*] emphatic, i.e. whatever there may be for other nations.

447. *mentimur*] 'we lie in saying Jove is king', cf. Ov. Trist. I iii 53, 54 *certam me sum mentitus habere horam propositae quae foret apta fugae*. Plin. H. N. XII § 67 *ne non fuere qui e turis arbore utrumque nasci mentirentur*.

spectabit] A metaphor from watching the gladiatorial contests: 'will he gaze unmoved upon the slaughter in Thessaly, though holding in his hand his bolts?'

449. *scilicet*] indignantis: for the thought, cf. Aristoph. Nub. 398—401 *καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ καὶ Κρονίων ὄζων καὶ βεκεσέληνε, εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν οὐδὲ Κλεώνυμον οὐδὲ Θέωρον; καίτοι σφόδρα γ' εἶς' ἐπιόρκοι' ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεὼν βάλλει καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν, καὶ τὰς δρῦς τὰς μεγάλας· τί μαθὼν; οὐ γὰρ δὴ δρῦς γ' ἐπιόρκει*.

450. *Mimantis*] The MSS. reading is *pinusque minantis casus...feriat*. Sulpitius corrected *casus* into *Cassius*, Aldus changed *feriat* to *feriet*: the correction of *Mimantis* for *minantis* is due to Parrhasius. Oud. cf. Ov. Met. II 22 *et tandem Rhodope niuibus caritura Mimasque*.

451. *hoc—caput*] sc. Caesaris.

potius] i.e. rather than Jove.

Thyestae] is dative: 'in horror at Thyestes he hurried on the stars', i.e. brought on night before its time, cf. v 41 *fatorum impellite cursum*.

452. *Argos*] cf. note on I 543.

453. *tot similes*] 'will he grant the light of day to Thessaly that wields so many kindred swords of brethren and of fathers?' *similes* is equivalent to *cognatos*, as the swords of kinsmen are regarded as made after the same pattern.

455. *cladis tamen*] 'still for this overthrow we have our revenge, so far as the gods may give satisfaction to the earth', i.e. we revenge ourselves on the gods by

uindictam, quantam terris dare numina fas est.
 bella pares superis facient ciuilia diuos:
 fulminibus manes radiisque ornabit et astris,
 inque deum templis iurabit Roma per umbras.

ut rapido cursu fati suprema morantem 460
 consumpsere locum, parua tellure dirempti,
 inde manus spectant uoltusque agnoscere quaerunt,
 quo sua pila cadant, aut quae sibi fata minentur,
 facturi quae monstra forent. uidere parentes
 frontibus aduersis fraternaue comminus arma, 465
 nec libuit mutare locum: tamen omnia torpor
 pectora constrinxit: gelidusque in uiscera sanguis
 percussa pietate coit: totaeque cohortes
 pila parata diu tensis tenuere lacertis.
 di tibi non mortem, quae cunctis poena paratur, 470
 sed sensum post fata tuae dent, Crastine, morti,
 cuius torta manu commisit lancea bellum,

the insult done to them in deifying the Caesars.

457. *pares superis*] 'civil wars will raise dead Caesars to the level of the gods above'.

458. *fulminibus*] Rome will deck the dead with thunderbolts and rays and stars, and in the very temples of the gods swear by the shades of men'. There is at Rome a statue of Claudius representing him as grasping the thunderbolts, the special mark of Jove: for *radii*, cf. Verg. Aen. XII 162—164 *cui tempora circum aurati bis sex radii fulgentia cingunt, solis aut specimen*, and Conington's note.

manes] cf. VI 809.

459. *iurabit*] cf. Hor. Epp. I ii 6 *iurandasque tuom per nomen ponimus aras*.

461. *consumpsere*] 'when they got over all the space that yet delayed the final decision of destiny', cf. Catull. xxxv 7 *quare si sapiet uiam uorabit*. See also Manil. v 585 *tergaque consumunt pelagus*, i.e. cover all the sea.

462. *inde manus*] 'then they gaze upon their foemen's hands and seek to recognise their faces, to see where their own javelins are to light, or what javelins (i.e. whose) threaten them with death, while on the point of doing all that were horrible': for the indirect interrogation depending on the general sense of the preceding sentence, cf. Verg. Aen. II 120, 121 *obstupere omnes gelidusque per ima*

cucurrit ossa tremor; cui fata parent, quem poscat Apollo.

464. *forent*] is in the past tense following the historic present; see note on II 651.

466. *nec libuit*] 'nor yet did they care to shift their ground'. cf. Tac. Hist. III 25 *nec eo segnius propinquos adfines fratres trucidatos spoliant; factum esse scelus loquuntur faciuntque*.

467. *in uiscera*] 'to their heart', cf. Verg. G. II 484 *frigidus obstiterit circum praeccordia sanguis*.

468. *percussa pietate*] sc. *piis animis percussis*.

469. *tensis*] 'held back with outstretched arms'.

470. *poena*] This is one of the very few passages in which among the ancients death is regarded in the light of a penalty: cf. Sen. dial. XII xiii § 2 *si ultimum diem non quasi poenam, sed quasi naturae legem adspicis, ex quo pectore metum cieciris, in id nullius rei timor audebit intrare*. See Lecky's History of European Morals, vol. I, chap. II, p. 219 foll.

471. *sed sensum*] 'but may they give sensation after death to thee when dead', for this use of *mors*, cf. Cic. pro Milone § 86 *non fuisse credo fas...neque ullo in loco potius mortem eius lacerari quam in quo uita esse damnata*. Propert. II x 22 *nec sit in Attalico mors mea nixa toro*.

Crastine] For an account of Crastinus,

primaque Thessaliam Romano sanguine tinxit.
 o praeceps rabies, cum Caesar tela teneret,
 inuenta est prior ulla manus? tum stridulus aer 475
 elisus lituis conceptaque classica cornu :
 tunc ausae dare signa tubae: tunc aethera tendit
 extremique fragor conuexa irrupit Olympi,
 unde procul nubes, quo nulla tonitrua durant.
 excepit resonis clamorem uallibus Haemus, 480
 Peliacisque dedit rursus geminare cauernis:
 Pindus agit fremitus, Pangaeaue saxa resultant,
 Oetaeaeque gemunt rupes: uocesque furoris
 expauere sui tota tellure relatas.
 spargitur innumerum diuersis missile uotis. 485
 uolnera pars optat, pars terrae figere tela
 ac puras seruare manus. rapit omnia casus,
 atque incerta facit quos uolt Fortuna nocentis.
 sed quota pars cladis iaculis ferroque uolanti
 exacta est. odiis solus ciuilibus ensis 490
 sufficit et dextras Romana in uiscera ducit.
 Pompeii densis acies stipata cateruis
 iunxerat in seriem nexis umbonibus arma,
 uixque habitura locum dextras ac tela mouendi
 constiterat gladiosque suos compressa tenebat. 495
 praecipiti cursu uaesantum Caesaris agmen

cf. Caes. B. C. III 91, Appian, Civil Wars II 82.

475. *prior*] 'to anticipate him'.

476. *elisus lituis*] 'was forced out of the clarions', cf. Ov. Met. VI 696 *exsili-antque cauis elisi nubibus ignes*, Plin. II. N. XI § 269 *elephas citra nares ore ipso sternumento similem elidit sonum, per nares autem tubarum raucatati*. Sen. Oed. 754 *lituisque aduncis stridulos cantus elisit aere*. *conceptaque*] 'and the signal is caught up by the horn', cf. Cic. N. D. II § 138 *ex eaque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam*.

477. *aethera tendit*] 'mounts skyward'.

479. *unde procul*] i.e. the upper heaven above the clouds and thunderstorms.

quo—durant] 'to which—last through', 'penetrate', cf. Stat. Silu. v ii 153 *dura-bis quascunque uices uallumque subibis*.

480. *resonis*] A rare word used by Ov. Met. III 495, 496, *quotiensque puer misera-*

bilis eheu dixerat, haec resonis iterabat uo-cibus eheu.

481. *dedit—geminare*] cf. Verg. Aen. I 319 *dederatque comam diffundere uentis*.

484. *relatas*] 'reechoed from the whole land'.

485. *innumerum*] cf. Mart. VIII lv 2 *innumero quotiens silua leone furit*.

486. *uolnera*] i.e. to inflict wounds.

488. *incerta facit*] 'uncertain Fortune makes guilty whom she will', i.e. by causing their darts to strike a kinsman. cf. VI 79 *et fit saepe nefas iaculum temp-tante lacerto*.

493. *nexis umbonibus*] cf. Iuv. II 45 *sed illos defendit numerus iunctaeque um-bone phalanges*.

495. *tenebat*] 'held back'. The Scho-liast with some MSS. reads *timebat*, i.e. 'feared to hurt each other with their swords' for which Oud. cf. IV 779 *uix impune suos inter conuertitur enses*.

in densos agitur cuneos: perque arma, per hostem
 quaerit iter. qua torta graues lorica catenas
 opponit tutoque latet sub tegmine pectus,
 hac quoque peruentum est ad uiscera: totque per arma
 extremum est quod quisque ferit. ciuilia bella 501
 una acies patitur, gerit altera: frigidus inde
 stat gladius; calet omne nocens a Caesare ferrum.
 nec Fortuna diu rerum tot pondera uertens
 abstulit ingentes fato torrente ruinas. 505

ut primum toto diduxit cornua campo
 Pompeianus eques bellicque per ultima fudit,
 sparsa per extremos leuis armatura maniplos
 insequitur sacuasque manus immittit in hostem.
 illic quaeque suo miscet gens proelia telo: 510
 Romanus cunctis petitur cruor: inde sagittae,
 inde faces et saxa uolant, spatioque solutae
 aeris et calido liquefactae pondere glandes.

497. *cuneos*] 'columns' i.e. of the Pompeians.

perque—per] For the repetition of the preposition instead of a second *que* cf. Verg. Aen. x 370, 371 and Conington's note.

498. *catenas*] probably the lacings by which the armour was fastened together across the chest, cf. Verg. Aen. vii 467 *loricam consertam hamis auroque trilecem*.

501. *extremum est*] 'the last thing reached', i.e. *uiscera*.

503. *a Caesare*] 'on Caesar's side', cf. 1 59.

504. *nec Fortuna*] The reading in the text is that found in almost all MSS. and in the Roman edition of 1469, and is, I believe, capable of defence. Grotius following a few MSS. changed *uertens* into *uergens*, which is adopted by Oud. and Weise. Lucan is here giving a summary of the battle before proceeding to describe the particular incidents, which he ends by saying 'and Fortune, taking but a short time to overthrow such weighty interests, swept away the ruins with the flood of doom'. *nec diu* is equivalent to *et non diu* as in 1 72 *nec se ferens* to *et non se ferens*, cf. note ad loc. The use of *diu* in this sense with the present participle may, I think, be defended by a reference to viii 672, 673 *nodosaque frangit ossa diu* i.e. 'takes a long time in breaking the knotty

bones'. For *abstulit* cf. Tac. Ann. iv 13 *claritudine infausti generis et paternis aduersis foret abstractus*. The Scholiast explains *abstulit* by *distulit*, but the word could not bear this signification. Mr Postgate, besides adopting the *uergens* of Grotius, proposes to read *pondera* for *pondera* and *abstinet* for *abstulit*: if *nec diu* must be taken with the verb some such change seems necessary, but I believe the explanation given above of the MSS. reading to be a possible one. In any case the distinction apparently drawn between *Fortuna* and *fatum* is remarkable.

506. *diduxit*] 'separated its wings by the whole width of the plain', i.e. the cavalry were posted on the two extreme wings.

507. *belli*] 'of the warring host', compare the use of 'battle' in old English.

508. *sparsa*] equivalent to *emissa*, Weise.

510. *quaeque*] not as Weise says equivalent to *quaecunque*; the sentence is an asyndeton: 'each race joins battle with its own weapon: what all aim at is the blood of Romans'.

512. *faces*] cf. Verg. Aen. i 150 *iamque faces et saxa uolant, furor arma ministrat*.

513. *aeris*] 'melted by the distance through the air they traverse, and made fluid by their heated weight', i.e. by the

tunc et Ituraei Medique Arabesque soluti,
 arcu turba minax, nusquam rexere sagittas: 515
 sed petitur solus qui campis imminet aer;
 inde cadunt mortes: sceleris sed crimine nullo
 externum maculant chalybem; stetit omne coactum
 circa pila nefas: ferro subtexitur aether,
 noxque super campos telis conserta pependit. 520
 tum Caesar metuens ne frons sibi prima labaret
 incursu, tenet obliquas post signa cohortes:
 inque latus belli, qua se uagus hostis agebat,
 immittit subitum non motis cornibus agmen.
 immemores pugnae nulloque pudore timendi 525
 praecipites fecere palam ciuilia bella
 non bene barbaricis unquam commissa cateruis.
 ut primum sonipes transfixus pectora ferro
 in caput effusi calcauit membra regentis,
 omnis eques cessit campis, glomerataque nubes 530

heat their weight evolves, because Lucan supposes that the heavier they are the more resistance does the air offer, and so there is more friction and more heat evolved.

liquefactae] cf. Verg. Aen. ix 588 *et media aduersi liquefacto tempora plumbo diffidit*.

514. *soluti*] equivalent to *disincti, molles*. Oud. cf. ii 559. The Schol. explains *soluti* as *qui sine imperatore sunt liberi*, but the former is probably right. Weise reads *soluti*, apparently intending it to be taken as equivalent to *expedito*, but *arcus solutus* would naturally mean 'a slackened bow'.

515. *nusquam*] 'nowhere aimed their arrows at a mark'. Compare the account of the Norman archers at the battle of Hastings, Freeman's Norman Conquest, vol. III, chapter xv, p. 497.

517. *mortes*] *non tela sed certus interitus*. Schol. cf. the use of *uolnus* in Verg. Aen. vii 533 *haesit enim sub gutture uolnus*.

sceleris] i.e. it involved no *scelus* for the foreign troops to kill Romans.

518. *coactum*] 'gathered to a head'.

519. *pila*] cf. notes on i 7, x 48.

subtexitur] 'is hidden', cf. Verg. Aen. iii 583 *caelum subtexere fumo*, Aristoph. Vesp. 1084 ὑπὸ δὲ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν, Herod. viii 226.

520. *nox—telis conserta*] 'a night of

interlacing darts'.

521. *tum Caesar*] For these manoeuvres cf. Caes. B. C. iii 92, 93.

522. *tenet*] 'holds back his infantry ranged transversely behind the standards'.

524. *subitum—agmen*] i.e. the *cohortes* mentioned in v. 522.

525. *immemores pugnae*] 'regardless of the fight', cf. Hom. Il. vi 112 *ἀνέρες ἔστε, φίλοι, μνησασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς*.

nulloque pudore timendi] 'with no shame for their cowardice': this seems a simpler explanation than Weise's, viz. 'not to be feared from any sense of honour', for which cf. Thuc. i 84 *πολεμικοὶ τε καὶ εὐβούλοι διὰ τὸ εὐκόσμον γιγνόμεθα, τὸ μὲν ὅτι αἰδῶς σωφροσύνης πλείστον μετέχει, αἰσχύνῃς δὲ ἐψυχία*.

526. *fecere palam*] 'showed plainly by their headlong flight that the conduct of civil war was never safely entrusted to barbaric hordes'.

527. *non bene*] cf. Verg. Ecl. iii 94 *non bene ripae creditur*. Hor. Sat. ii vi 46 *et quae rimosa bene deponuntur in aure*.

529. *effusi—regentis*] 'his thrown-off rider'. cf. Verg. Aen. x 893, 894 *effusumque equitem super ipse secutus implicat, electoque incumbit cornuus armo*.

530. *nubes*] This is the reading of the Schol., and according to Oud. of the best MSS. cf. Liv. xxxv 49 *rex peditum equitumque nubes iactat*. Weise reads *pubes*.

in sua conuersis praeceps ruit agmina frenis.
 perdidit inde modum caedes ac nulla secuta est
 pugna, sed hinc iugulis, hinc ferro bella geruntur.
 nec ualet haec acies tantum prosternere quantum
 inde perire potest. utinam, Pharsalia, campis 535
 sufficiat cruor iste tuis, quem barbara fundunt
 pectora; non alio mutantur sanguine fontes;
 hic numerus totos tibi uestiat ossibus agros:
 aut si Romano compleri sanguine mauis,
 istis parce precor: uiuant Galataeque, Syrique, 540
 Cappadoces, Gallique, extremique orbis Hiberi,
 Armenii, Cilices: nam post ciuilia bella
 hic populus Romanus erit. semel ortus in omnes
 it timor et fatis datus est pro Caesare cursus.

uentum erat ad robur Magni mediasque cateruas. 545
 quod totos errore uago perfuderat agros,
 constitit hic bellum fortunaque Caesaris haesit.
 illic non regum auxiliis collecta iuuentus
 bella gerit ferrumque manus mouere rogatae:
 ille locus fratres habuit locus ille parentes. 550
 hic furor hic rabies hic sunt tua crimina, Caesar.
 hanc fuge, mens, belli partem tenebrisque relinque,

532. *perdidit—modum*] equivalent to *sine modo erat*. cf. VIII 492.

533. *iugulis*] cf. IV 562.

537. *mutentur*] 'be dyed'. cf. Verg. Ecl. IV 43, 44 *ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti murice iam croceo mutabit uellera luto*.

538. *numerus*] 'multitude', cf. X 127 *tum famulae numerus turbae*. Cic. pro Font. § 13 *est praeterea numerus ciuium Romanorum*.

uestiat] For the metaphorical use of *uestire* cf. Verg. G. II 38 *olea magnum uestire Taburnum*.

541. *extremi*] Oud. cf. Hor. carm. I xxxv 29, 30 *serues iturum Caesarem in ultimos orbis Britannos*; but *extremi* here is probably genitive, agreeing with *orbis*. cf. VIII 223 *aeterni Martis Alanos*. id. 245 *placidi Colophona maris*.

Hiberi] i.e. probably the eastern Hiberi, inhabitants of the Caucasus.

544. *fatis*] probably dative, i.e. 'free course is given to fate in Caesar's favour'.

546. *quod totos*] 'the war which had covered all the plain with wandering bands of fugitives, here came to a standstill, and Caesar's fortune felt a check.'

errore] is equivalent to *errantibus*, abstract for concrete.

547. *haesit*] cf. Verg. Aen. XI 289, 290 *Hectoris Aeneaeque manu uictoria Graium haesit*.

548. *auxiliis*] 'auxiliaries'. cf. Verg. Aen. VIII 7, 8 *undique cogunt auxilia*.

collecta] Oud. cf. Cic. ad fam. VII iii § 2 *signa, tirone et conlecticio exercitu, cum legionibus robustissimis contulit* (Pompeius).

549. *ferrumque*] The negative is carried on.

rogatae] 'sought by entreaty', cf. Ov. A. A. I 345 *quaeque negant gaudent tamen esse rogatae*.

551. *tua crimina*] 'the cause of your guilt'. cf. Verg. Aen. X 188 *crimen amor uestrum*.

552. *hanc fuge*] cf. Verg. Aen. II 12

nullaque tantorum discat me uate malorum
 quam multum bellis liceat ciuilibus actas.
 hae potius pereant lacrimae pereantque querelae. 555
 quidquid in hac acie gessisti, Roma, tacebo.
 hic Caesar rabies populis stimulusque furorum,
 ne qua parte sui pereat scelus, agmina circum
 it uagus, atque animis ignes flagrantibus addit;
 inspicit et gladios, qui toti sanguine manent, 560
 qui niteant primo tantum mucrone cruenti,
 quae presso tremat ense manus, quis languida tela,
 quis contenta ferat, quis praestet bella iubenti,
 quem pugnare iuuat, quis uoltum ciue perempto
 mutet: obit latis proiecta cadauera campis: 565
 uolnera multorum totum fusura cruorem
 opposita premit ipse manu. quacumque uagatur,
 sanguineum uelut^r quatiens Bellona flagellum,
 Bistonas aut Mauors agitans, si uerbere saeuo
 Palladia stimulet turbatos aegide currus, 570
 nox ingens scelerum et caedes oriuntur, et instar
 immensae uocis gemitus, et pondere lapsi

quamquam animus meminisse horret luctuque refugit.

553. *tantorum—me uate*] 'by my record in song of such great disasters'. cf. Hor. Epod. xvi 65, 66 *quorum piis secunda uate me datur fuga*.

555. *hae—lacrimae*] i.e. the tears shed for this, cf. Tac. Ann. vi 31 (25) *nondum is dolor exoleuerat*, i.e. 'the grief caused by that'.

557. *rabies*] 'source of fury'. cf. Verg. Aen. vii 479 *hic subitam canibus rabiem Cocytia uirgo obicit*.

558. *ne qua parte sui*] 'lest in any part of his forces wicked war should be wasted'. Caesar is identified with his soldiers cf. infr. 653. For *perire* cf. notes on iv 252, ix 561.

560. *qui toti*] 'to see which reek from point to hilt with gore'. Oud. cf. Stat. Theb. iv 133, 134 *pater ipse cruentis in foribus laudatque nefas atque inspicit enses*.

562. *presso*] cf. note on iv 706.

563. *contenta*] 'strained to the full', i.e. plied in earnest.

quis praestet] i.e. who fights only at his leader's bidding.

565. *obit*] 'he visits', 'inspects'. cf.

Verg. Aen. vi 801 *nec uero Alcides tantum telluris obinit*.

566. *fusura*] 'that would else let out all their blood'.

567. *premit*] cf. Tac. Ann. xv 64 *obligare uenas, premere sanguinem*.

568. *ueluti*] sc. *uagatur*.

Bellona] cf. i 565, Verg. Aen. viii 703 *quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello*. Hor. Sat. ii iii 223 *gaudens Bellona cruentis*.

569. *si*] equivalent to *sicubi*, 'when he would hurry on his team, terrified by Pallas' aegis', i.e. displayed in the ranks of the enemy. The reference is to the *θεομαχία* in Hom. Il. xx 54 foll.

570. *currus*] sc. *equos iugales* cf. Verg. G. iii 91 *Martis equi biinges, et magni currus Achillei*. Id. Aen. vii 162, 163 *ante urbem pueri et primaeuo flore iuuentus exercentur equis, domitantque in puluere currus*.

571. *nox*] 'tempest', cf. Verg. Aen. iii 194, 195 *tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber, noctem hiememque ferens*.

572. *immensae*] 'a groan like one vast cry'.

pondere lapsi] 'and arms ring with his

pectoris arma sonant confractique ensibus enses.
 ipse manu subicit gladios ac tela ministrat,
 aduersosque iubet ferro confundere uoltus. 575
 promouet ipse acies: impellit terga suorum:
 uerbere conuersae cessantis excitat hastae.
 in plebem uetat ire manus monstratque senatum.
 scit cruor imperii qui sit quae uiscera rerum,
 unde petat Romam, libertas ultima mundi 580
 quo steterit ferienda loco. permixta secundo
 ordine nobilitas uenerandaque corpora ferro
 urgentur: caedunt Lepidos, caeduntque Metellos,
 Coruinosque simul, Torquataque nomina, regum
 saepe duces, summosque hominum te, Magne, remoto.
 illic plebeia contactus casside uoltus, 586
 ignotusque hosti, quod ferrum, Brute, tenebas.
 o decus imperii, spes o suprema senatus,
 extremum tanti generis per saecula nomen,
 ne rue per medios nimium temerarius hostes, 590
 nec tibi fatales admoueris ante Philippos,
 Thessalia periture tua. nil proficis istic
 Caesaris intentus iugulo: nondum attigit arcem
 iuris, et humanum culmen, quo cuncta premuntur,
 egressus meruit fatis tam nobile letum. 595

weight when he whose breast they cover falls. cf. Hom. II. IV 504 δούπησεν δὲ πρὸς ἄρδβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.

575. *confundere*] 'to disfigure', cf. II 191, III 758. Oud. cf. Theocr. XXII 110 ὁ δ' ἀέλκεισι πλαγαῖς πᾶν συνέφυρε πρόσ-
 ωπον ἀνίκτος Πολυδεύκης.

uoltus] cf. Caesar's order in Florus II xiii § 50 *miles faciem feri*.

577. *cessantis*] 'loiterers'.

579. *scit cruor*] 'he knows what is the life-blood of the empire, what the heart of the state'.

uiscera] Oud. cf. Liv. XXXIV 48 *tyran-
 num reliquisse...haerentem uisceribus no-
 bilissimae ciuitatis*.

580. *unde*] 'on what side to assail Rome'.

libertas ultima mundi] 'the last hope of freedom for the world'.

581. *secundo*] sc. the *ordo equester*.

584. *Torquataque nomina*] 'those that bore the name Torquatus', cf. Sil. Ital.

XVII 492, 493 *iamque ardore truci lus-
 trans fortissima quaque nomina obit
 ferro*.

585. *duces*] i.e. who have often had kings under their command.

remoto] 'saving thee', equivalent to *excepto*.

586. *contactus*] i.e. disguised for the purpose of killing Caesar.

589. *extremum*] 'last bearer of the name of a family so great through ages'.

591. *admoueris*] cf. note on IV 480.

Philippos] cf. note on I 680.

592. *periture*] 'thou wilt still die in thy chosen land of Thessaly'.

593. *arcem iuris*] 'the summit of power', cf. Tac. dial. de orat. X *cum natura tua in ipsam arcem eloquentiae ferat*. Sil. Ital. XIII 770, 771 *quae te uia, fare, superbum ad decus et summas laudum perduxerit arces*.

594. *humanum culmen.....egressus*] 'having passed the height of human great-

uiuât et ut Bruti procumbat uictima regnet.

hic patriae perit omne decus: iacet aggere magno
 patricium campis non mixta plebe cadauer.
 mors tamen eminuit clarorum in strage uirorum
 pugnacis Domiti; quem clades fata per omnes 600
 ducebant. nusquam Magni Fortuna sine illo
 succubuit: uictus totiens a Caesare salua
 libertate perit: tum mille in uolnera lactus
 labitur ac uenia gaudet caruisse secunda.
 uiderat in crasso uoluentem sanguine membra 605
 Caesar, et increpitans; iam Magni deseris arma,
 successor Domiti; sine te iam bella geruntur.
 dixerat: ast illi suffecit pectora pulsans
 spiritus in uocem morientiaque ora resoluit.
 non te funesta scelerum mercede potitum, 610
 sed dubium fati, Caesar, generoque minorem
 adspiciens, Stygias Magno duce liber ad umbras
 et securus co: te saeuo Marte subactum,
 Pompeioque graues poenas nobisque daturum,
 cum morior, sperare licet. non plura locutum 615
 uita fugit, densaeque oculos pressere tenebrae.

ness'. cf. v 250 Claudian VI Consul. Honor. 64 *inclinat populo regale modestia culmen*.

quo cuncta premuntur] 'by which all things are overtopped' or 'dwarfed'. cf. Ov. Met. VII 447, 448 *si titulos annosque tuos numerare uelimus facta premant annos*. Stat. Silu. I ii 165, 166 *quantum Latonia nymphas uirgo premit*. Id. Silu. III 50 *premit felix regum diademata Roma*. Weise understands the words somewhat differently viz. 'by which all things are swayed', comparing Verg. Aen. X 53, 54 *magna ditioe iubeto Karthago premat Ausoniam*. See also X 49.

596. *uictima*] rarely used metaphorically, but cf. Sen. Herc. Oet. 351 *me nuptiali uictimam feriat die*. See also IX 132, X 386, 524.

598. *non mixta*] i.e. all the dead are patricians. Oud. following Sulpitius reads *commixta*.

600. *Domiti*] cf. II 479 foll. This eulogy of Domitius is intended as a compliment to his descendant Nero.

601. *nusquam*] 'nowhere did Magnus' fortune succumb without his presence'.

604. *caruisse*] 'to have escaped a second pardon', cf. II 511.

607. *successor*] i.e. my would-be successor: he had been appointed by the senate to succeed Caesar in the government of Gaul, Caes. B. C. I 6. With this use of *successor* for one who had not actually become so compare the use of *gener* in Verg. Aen. II 341—344 *inuenisque Corœbus Mygdonides: illis ad Troiam forte diebus nenerat insano Cassandrae incensus amore, et gener auxilium Priamo Phrygiusque ferebat*.

608. *ast illi*] 'but the breath that heaved his chest was yet enough to suffer him to speak'.

611. *dubium fati*] 'doubtful of thy future fate', cf. Ov. Trist. III iii 25 *sum uitae dubius*.

613. *te saeuo*] 'at the moment of my death I yet may hope that thou subdued in cruel war wilt pay a heavy penalty to Pompeius and to me'.

616. *densaeque*] cf. Hom. Il. v 639 *τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νύξ ἐκάλυψεν*. *tenebrae*] cf. Verg. Aen. XI 824 *tenebris nigrescunt omnia circum*.

impendisse pudet lacrimas in funere mundi
 mortibus innumeris, ac singula fata sequentem
 quaerere, letiferum per cuius uiscera uolnus
 exierit; quis fusa solo uitalia calcet; 620
 ore quis aduerso demisso faucibus ense
 expulerit moriens animam; quis corruat ictu,
 quis steterit, dum membra cadunt: quis pectore tela
 transmittat, uel quos campis affixerit hasta:
 quis cruor emissus perruperit aera uenis 625
 inque hostis cadat arma sui: quis pectora fratris
 caedat, et, ut notum possit spoliare cadauer,
 abscisum longe mittat caput: ora parentis
 quis laceret, nimiaque probet spectantibus ira, 629
 quem iugulat non esse patrem. mors nulla querela
 digna sua est, nullosque hominum lugere uacamus.
 non istas habuit pugnae Pharsalia partes
 quas aliae clades: illic per fata uirorum,
 per populos hic Roma perit: quae militis illic,
 mors hic gentis erat: sanguis ibi fluxit Achaeus, 635
 Ponticus, Assyrius: cunctos haerere cruores
 Romanus campisque uetat consistere torrens.
 maius ab hac acie quam quod sua saecula ferrent
 uolnus habent populi: plus est quam uita salusque

617. *in funere mundi*] 'when the world is perishing'.

620. *quis fusa*] 'who treads upon his vitals trailing on the ground'.

621. *ore quis aduerso*] 'who standing face to face with the foe exhaled his breath, when the sword was struck deep into his throat'. Oud. cf. Ov. Heroid. XIV 5, 6 *quod manus extinxit iugulo demittere ferrum sum rea*.

623. *membra*] i.e. his arms.

624. *transmittat*] 'allows the weapons to pass through his breast', cf. note on III 660.

625. *quis*] is probably dative plural in this line.

perruperit] Oud. cf. Ov. Met. IV 121—124 *ut iacuit resupinus humi cruor emicat alte, non aliter quam cum uitiato fistula plumbo scinditur, et tenues stridente foramine longe ei aculatur aquas atque ictibus aera rumpit*.

626. *inque hostis*] cf. Lucret. IV 1045—1047 *namque omnes plerumque cadunt in uolnus et illam emicat in partem sanguis unde icimur ictu; et si comminus est hostem ruber occupat umor*.

630. *mors nulla*] 'no death deserves a lamentation of its own', i.e. peculiar to it.

631. *hominum*] 'no individuals', i.e. we have no time for special, only for general mourning.

632. *non istas*] 'had not the same character of fighting'.

636. *cunctos*] sc. *exterorum*: 'the torrent of Roman blood forbids all the rest to linger and to stagnate on the plains'.

639. *uolnus*] 'a greater blow', cf. V 1 Tac. Agric. VII *sequens annus graui uulnere animum domumque eius adflixit*.

quod perit: in totum mundi prosternimur acuom.
 uincitur his gladiis omnis quae seruiet actas. 641
 proxima quid suboles, aut quid meruere nepotes
 in regnum nasci? pauidi num gessimus arma,
 teximus aut iugulos? alieni poena timoris
 in nostra ceruice sedet: post proelia natis 645
 si dominum, Fortuna, dabas et bella dedisses.

iam Magnus transisse deos Romanaque fata
 senserat infelix: tota uix clade coactus
 fortunam damnare suam. stetit aggere campi
 eminus, unde omnes sparsas per Thessala rura 650
 adspiceret clades quae bello obstante latebant.
 tot telis sua fata peti, tot corpora fusa,
 ac se tam multo pereuntem sanguine uidit.
 nec, sicut mos est miseris, trahere omnia secum
 mersa iuuat gentesque suae miscere ruinae: 655
 ut Latiae post se uiuat pars maxima turbae,
 sustinuit dignos etiam nunc credere uotis
 caelicolas, uouitque sui solacia casus:
 parcite, ait, superi, cunctas prosternere gentes:
 stante potest mundo Romaque superstiti Magnus 660
 esse miser. si plura iuuant mea uulnera, coniunx

640. *in totum*] 'to all the future ages of the world'.

641. *quae seruiet*] 'which shall ever live in slavery'.

642. *proxima suboles*] 'the next generation'.

645. *sedet*] 'is planted', a metaphor from the yoke under which defeated armies were compelled to pass.

646. *dedisses*] i.e. *dare debebas*, cf. note on 439 *supr.*

bella] i.e. the chance of fighting for our freedom.

647. *transisse*] 'had changed sides', cf. Verg. Aen. II 326 *ferus omnia Iuppiter Argos transtulit*.

648. *tota uix clade*] 'scarcely induced by the whole disaster to be discontented with his fortune', i.e. still thinking that his life had been on the whole prosperous: this seems better than the explanation of the Scholiast, *uix potuit de nota felicitate diffidere*, seeing that in the preceding line it was said that Pompeius had perceived

that Fortune had changed sides.

651. *bello obstante*] 'while the warring hosts stood in his way', cf. Stat. Theb. IX 490 *quid faciat bellis obsessus et undis?* Sil. Ital. VII 472 *sed uictae fera bella deae uexere per aequor*.

653. *ac se*] *nam exercitus est corpus imperatoris*. Schol. cf. *supr.* 558.

654. *trahere*] Oud. cf. Sil. Ital. VIII 335—337 *trahit omnia secum, et metuit demens alio ne consule Roma concedat*.

657. *sustinuit*] 'endured still to think the gods worthy of his prayers', i.e. notwithstanding their injustice to him.

658. *uouitque*] 'prayed for something to comfort him in his fall'. *uouit* appears to be the reading of the best MSS., but is rejected by Weise on account of the preceding *uotis*: he reads *uoluit*. For *uouere* cf. note on III 127.

659. *parcite*] For *parcere* with the infinitive, cf. Verg. Ecl. III 94 *parcite, oues, nimum procedere*.

est mihi, sunt nati; dedimus tot pignora fatis.
 ciuiline parum est bello si meque meosque
 obruis? exiguae clades sumus orbe remoto?
 omnia quid laceras? quid perdere cuncta laboras? 665
 iam nihil est, Fortuna, meum. sic fatur: et arma
 signaque et afflictas omni iam parte cateruas
 circuit, et reuocat matura in fata ruentis,
 seque negat tanti. nec deerat robur in enses
 ire duci, iuguloque pati uel pectore letum: 670
 sed timuit strato miles ne corpore Magni
 non fugeret supraque ducem procumberet orbis:
 Caesaris aut oculis uoluit subducere mortem,
 nequidquam. infelix, socero spectare uolenti 674
 praestandum est ubicumque caput. sed tu quoque, coniunx,
 causa fugae uoltusque tui: fatisque negatum
 te praesente mori. tum Magnum concitus aufert
 a bello sonipes non tergo tela pauentem
 ingentesque animos extrema in fata ferentem.
 non gemitus non fletus erat saluaque uerendus 680
 maiestate dolor, qualem te, Magne, decebat
 Romanis praestare malis. non impare uoltu
 adspicis Emathiam: nec te uidere superbum
 prospera bellorum nec fractum aduersa uidebunt.
 quamque fuit laeto per tres infida triumphos, 685

662. *tot pignora*] sc. in quae saeuiant
 si meo sanguine delectantur. Schol.

664. *obruis*] So Sulpitius reads with
 some MSS. making the words an apo-
 strophe to Fortune: uolgo *obruat*.

clades sumus] cf. II 708 *exigua est fu-*
giens uictoria Magnus.

remoto] cf. 585 *supr.*

666. *meum*] *facta enim sunt cuncta*
uictoris. Schol.

669. *seque negat tanti*] sc. pretii esse
 ut pro se omnes mori debeant. Schol.

671. *ne...non fugeret*] 'should refuse
 to fly'.

674. *spectare uolenti*] 'eager for the
 sight'.

675. *ubicumque*] 'wheresoe'er it be'.
 Oud. cf. Ov. Amor. III x 5 *te dea munifi-*
cam gentes ubicunque loquuntur.

676. *uoltusque tui*] 'the thought of
 thy face', or perhaps 'the desire to see

thy face'.

fatisque negatum] 'but the fates forbid
 that he should die in thy presence', i.e.
 Cornelia was denied the consolation of
 attending on her husband at his death;
 she only saw his murder from a distance,
 cf. VIII 636—640. *que* is to be taken, as
 often, disjunctively. Sulpitius, who is
 followed by Weise, conjectured *probatum*
est, but the explanation given above seems
 to me to make any change unnecessary.

679. *ingentesque*] 'but carrying high
 courage to meet his final doom'.

680. *saluaque*] 'grief that deserved
 respect with dignity unimpaired'.

682. *non impare*] 'unaltered'.

685. *quamque*] sc. *quamque minor*
fuit, i.e. as much as thou wast superior to
 fickle Fortune when prosperous in the
 midst of thy three triumphs, so much art
 thou still superior to her in adversity.

tam misero Fortuna minor. iam pondere fati
 deposito securus abis: nunc tempora laeta
 respexisse uacat: spes numquam implenda recessit.
 quis fueris nunc scire licet. fuge proelia dira,
 ac testare deos nullum qui perstet in armis 690
 iam tibi, Magne, mori: ceu flebilis Africa damnis,
 et ceu Munda nocens, Pharioque a gurgite clades,
 sic et Thessalicae post te pars maxima pugnae.
 non iam Pompeii nomen populare per orbem
 nec studium belli: sed par quod semper habemus 695
 libertas et Caesar erunt: teque inde fugato
 ostendit moriens sibi se pugnasse senatus.

nonne iuuat pulsum bellis cessisse nec istud
 perspectasse nefas, spumantis caede cateruas?
 respice turbatos incursu sanguinis amnes, 700
 et soceri miserere tui. quo pectore Romam
 intrabit factus campis felicior istis?
 quidquid in ignotis solus regionibus exsul,
 quidquid sub Phario positus patiēre tyranno,
 crede deis, longo fatorum crede fauori, 705
 uincere peius erat. prohibe lamenta sonare,
 flere ueta populos, lacrimas luctusque remitte.
 tam mala Pompeii quam prospera mundus adoret.
 adspice securus uoltu non supplice reges:

686. *pondere fati*] cf. Ov. Trist. II 237,
 238 *mirer in hoc igitur tantarum pondere*
rerum numquam te nostros euoluisse iocos?

688. *numquam implenda*] 'thy hopes
 which could never be fulfilled'.

691. *tibi*] 'for thy sake', cf. I 45.
ceu flebilis] 'on the same footing as
 Africa... on such is the greater part of
 the Thessalian fight after thou art gone',
 i.e. a contest for liberty, not for Pom-
 peius.

692. *Pharioque*] 'the disasters arising
 from the Pharian wave', i.e. the losses
 sustained by Caesar in his contest with the
 Alexandrian populace.

694. *non iam*] 'it will not now be
 Pompeius' name that will be popular
 throughout the world, nor eagerness to
 fight for him: but the pitted pair, we
 ever have with us, will be Liberty and
 Caesar'.

695. *par*] cf. note on VI 3.

697. *sibi*] sc. *non tibi*.

698. *nec istud*] 'and to have escaped
 the full sight of these horrors'.

702. *felicior*] cf. II 221.

703. *ignotis*] cf. notes on I 170, x 32.

705. *crede deis*] perpetuus in te deo-
 rum fauor fidem tibi faciat e duobus malis
 id tibi euenisse quod erat minus: minus
 malum est bello ciuili uinci quam uincere:
 ni ita esset, uictorem te fecissent di. Gro-
 tius.

706. *peius erat*] cf. Verg. G. II 132,
 133 *et si non alium longe iactaret odorem*
laurus erat.

sonare] may be either active with *po-*
pulus as its subject, or less probably
 neuter.

707. *remitte*] 'dispense with', i.e.
 although they are thy due. cf. VI 248.

adspice possedas urbes donataque regna, 710
Aegyptum Libyamque: et terras elige morti.

uidit prima tuae testis Larissa ruinae
nobile nec uictum fatis caput. omnibus illa
ciuibus effudit totas per moenia uires:
obuia, ceu lacto, praemittunt munera flentes: 715
pandunt templa domos; socios se cladibus optant.
scilicet immenso superest ex nomine multum:
teque minor solo, cunctas impellere gentes
rursus in arma potes, rursusque in fata redire.
sed, quid opus uicto populis aut urbibus? inquit: 720
uictori praestate fidem. tu, Caesar, in alto
caedis adhuc cumulo patriae per uiscera uadis:
at tibi iam populos donat gener. auehit inde
Pompeium sonipes: gemitus lacrimaeque sequuntur,
plurimaque in saeuos populi conuicia diuos. 725
nunc tibi uera fides quaesiti, Magne, fauoris
contigit ac fructus. felix se nescit amari.

Caesar ut Hesperio uidit satis arua natate
sanguine, parcendum ferro manibusque suorum
iam ratus, ut uiles animas perituraque frustra 730
agmina permisit uitae. sed castra fugatos
ne reuocent pellatque quies nocturna pauorem,
protinus hostili statuit succedere uallo,
dum Fortuna calet, dum conficit omnia terror,
non ueritus, graue ne fessis ac Marte subactis 735
hoc foret imperium. non magno hortamine miles
in praedam ducendus erat: uictoria nobis

710. *possedas...donata*] sc. *a te olim*.

711. *morti*] emphatic, *non proelio*.
Oud.

712. *Larissa*] cf. Caesar B.C. III 96,
where a different account is given of the
feelings of the people of Larissa.

716. *optant*] 'choose', cf. Verg. Aen.
VIII 503 *externos optate duces*.

718. *teque minor solo*] 'conquered by
thyself alone', cf. Hor. Epp. I x 35, 36
*minor in certamine longo implorauit opes
hominis*.

719. *fata*] sc. *priora*. cf. 686 *supr*.

722. *patriae*] cf. Verg. Aen. VI 834

neu patriae ualidas in uiscera uertite uires.

725. *conuicia*] cf. IX 187.

729. *parcendum ferro*] cf. Verg. G. II
339 *hibernis parcebant flatibus Euri*. Id.
Aen. IX 656 *cetera parce, puer, bello*.

731. *permisit uitae*] gave over to life,
i.e. 'suffered to live'. cf. Verg. Aen. IV
640 *Dardaniique rogi capitis permittere
flammae*.

734. *calet*] cf. Cic. ad fam. VIII i § 2
*nam et illi rumores de comitiis Transpada-
norum Cumarum tenuis caluerunt*.

735. *Marte subactis*] 'worn out by
fighting'.

plena, uiri, dixit: superest pro sanguine merces,
 quam monstrare meum est: neque enim donare uocabo
 quod sibi quisque dabit. cunctis en plena metallis 740
 castra patent: raptum Hesperiiis e gentibus aurum
 hic iacet, Eoasque premunt tentoria gazas.
 tot regum Fortuna simul Magnique coacta
 exspectat dominos: propera praecedere, miles,
 quos sequeris: quascumque tuas Pharsalia fecit, 745
 a uictis rapiuntur opes. nec plura locutus
 impulit amentes aurique cupidine caecos
 ire super gladios supraque cadauera patrum,
 et caesos calcare duces. quae fossa, quis agger
 sustineat pretium belli scelerumque petentis? 750
 scire uolant quanta fuerint mercede nocentes.
 inuenere quidem spoliato plurima mundo
 bellorum in sumptus congestae pondera massae:
 sed non impleuit cupientis omnia mentes.
 quidquid fodit Hiber quidquid Tagus extulit auri, 755
 quod legit diues summis Arimaspos harenis
 ut rapiant, paruo scelus hoc uenisse putabunt:
 cum sibi Tarpeias uictor desponderit arces,
 cum spe Romanae promiserit omnia praedae:
 decipitur quod castra rapit. capit impia plebes 760
 caespite patricio somnos: uacuomque cubile
 regibus infandus miles premit: inque parentum

740. *metallis*] i.e. wealth, cf. Hor. Epp. I x 39 *potiore metallis libertate caret*.
 742. *premunt*] 'cover', 'contain', cf. VIII 757, Mart. III xl 2 *ex opibus tantis quas grauis arca premit*.

744. *propera*] 'haste to anticipate those whom you are pursuing'.

746. *rapiuntur*] 'are being plundered by the vanquished'. *rapiuntur*, according to Grotius, is the reading of the best MSS. Weise retains *rapiantur* which is the reading of most editions, i.e. 'let... be snatched from the vanquished'.

750. *sustineat*] 'could hold out against', cf. Ov. Met. XIII 384, 385 *Hectora qui solus qui ferrum ignemque louemque sustinuit totiens unam non sustinet iram*.

751. *uolant*] Most MSS. have *uolunt*, some *ruunt*: the Scholiast's explanation

is *festinant*: from the combination of these readings *uolant* has been conjectured and is adopted by Weise.

754. *non impleuit*] sc. *massa*, 'it could not satisfy their minds which were greedy for all the world'.

755. *fodit*] equivalent to *effodit* cf. Liv. XXVIII 3 *argentum etiam incolae fodiunt*.

Tagus] cf. Iuv. III 54, 55 *tanti tibi non sit opaci omnis harena Tagi quodque in mare uoluitur aurum*. Id. XIV 299.

756. *Arimaspos*] cf. Herod. III 116.

757. *ut*] 'though'.

paruo—uenisse] 'they will think their guilt has been cheaply sold', i.e. that they have been insufficiently paid for their guilty warfare.

760. *castra*] sc. *non Romam* Schol.

761. *patricio*] cf. Caes. B.C. III 96.

inque toris fratrum posuerunt membra nocentes :
 quos agitat uacsana quies somnique furentes ;
 Thessalicam miseri uersant in pectore pugnam. 765
 inuigilat cunctis saeuom scelus, armaque tota
 mente agitant, capuloque manus absente mouentur.
 ingemuisse putes campos terramque nocentem
 inspirasse animas, infectumque aera totum
 manibus et superam Stygia formidine noctem. 770
 exigit a miseris tristes uictoria poenas,
 sibilaque et flammās infert sopor : umbra perempti
 cuius adest : sua quemque premit terroris imago.
 ille senum uoltus iuuenum uidet ille figuras :
 hunc agitant totis fraterna cadauera somnis : 775
 pectore in hoc pater est : omnes in Caesare manes.
 haud alios, nondum Scythica purgatus in ara,
 Eumenidum uidit uoltus Pelopeius Orestes :
 nec magis adtonitos animi sensere tumultus,
 cum fureret, Pentheus, aut, cum desisset, Agaue. 780
 hunc omnes gladii, quos aut Pharsalia uidit,
 aut ultrix uisura dies stringente senatu,
 illa nocte premunt : hunc infera monstra flagellant.
 heu quantum poenae misero mens conscia donat,
 quod Styga, quod manes, ingestaque Tartara somnis

764. *quos*] sc. at *cos.* cf. Hor. Sat. I i 32—36 *sicut paruola nam exemplo est magni formica laboris ore trahit quodcumque potest atque addit acerno quem struit haud ignara ac non incauta futuri* : quae simul inuersum contristat Aquarius annum non usquam praecepit. Id. id. 41—43 *quid inuat immensum te argenti pondus et auri furtim defossa timidum deponere terra? quod si comminuas uilem redigatur ad assem.*

quies] i.e. dreams, cf. Stat. Theb. X 324 *praesaga quies.*

766. *inuigilat*] cf. Stat. Theb. III 4, 5 *inuigilant animo scelerisque parati supplicium exercent curae.*

767. *mouentur*] i.e. feeling for the sword. cf. Hom. Od. XI 531 *ξίφος δ' ἐπεμαίετο κόπην.*

769. *inspirasse*] 'had breathed into them the souls of the slain'.

770. *superam—noctem*] 'the night on earth' i.e. *infectam esse.*

776. *omnes*] *singuli*, inquit, *singulos* uidebant : Caesar autem uniuersos. Schol.

780. *cum desisset*] sc. *furere*, i.e. when she discovered that it was her son whom she had slain. cf. Eur. Bacch. 1270—1285.

782. *ultrix—dies*] i.e. the Ides of March B.C. 44.

stringente senatu] 'when the senate drew the sword'.

784. *donat*] equivalent to *remittit*, 'exempts from', 'spares', cf. IX 1016. Petron. 18 *contemni turpe est, legem donare superbum.* The meaning of the passage is that Caesar gets off cheaply now while Pompeius is yet alive, as he will have to suffer far worse pangs of conscience after the death of the latter.

785. *ingesta*] 'thrust upon his sleep'. Oud. cf. Stat. Theb. VII 465—467 *bacchatur utrisque Tisiphone castris; fratrem huic fratrem ingerit illi, aut utrique patrem.*

Pompeio uiuente uidet. tamen omnia passo 786
 postquam clara dies Pharsalica damna retexit
 nulla loci facies reuocat feralibus aruis
 haerentis oculos. cernit propulsa cruore
 flumina et excelsos cumulis aequantia colles 790
 corpora, sidentis in tabem spectat acruos,
 et Magni numerat populos: epulisque paratur
 ille locus, uoltus ex quo faciesque iacentum
 agnoscat. iuuat Emathiam non cernere terram
 et lustrare oculis campos sub clade latentis: 795
 fortunam superosque suos in sanguine cernit.
 ac ne laeta furens scelerum spectacula perdat,
 inuidet igne rogi miseris, caeloque nocenti
 ingerit Emathiam. non illum Poenus humator
 consulis, et Libyca succensae lampade Cannae, 800
 compellunt hominum ritus ut seruet in hostes.
 sed meminit nondum satiata caedibus ira
 ciues esse suos. petimus non singula busta
 discretosque rogos: unum da gentibus ignem:
 non interpositis urantur corpora flammis. 805
 aut generi si poena iuuat, nemus exstrue Pindi,
 erige congestas Oetaeo robore siluas,
 Thessalicam uideat Pompeius ab aequore flammam.
 nil agis hac ira: tabesne cadauera soluat
 an rogos haud refert: placido natura receptat 810

788. *nulla—reuocat*] 'does not at all withdraw', cf. note on 25 *supr.*

789. *propulsa*] 'driven down in flood'.

791. *sidentis*] 'settling down', so the MSS. Weise reads *depressos* which is apparently an explanatory gloss.

792. *numerat*] According to Caes. B.C. III 99 the number of Pompeians killed at Pharsalia was fifteen thousand.

794. *non cernere*] i.e. because of the heaps of corpses. Oud. cf. Sil. Ital. XI 522 *hic fluium et campos abscondit caede uirorum*.

796. *fortunam*] Many MSS. omit this line, which is awkwardly introduced: the repetition of *cernere* is objectionable.

798. This construction of *inuidere* with the ablative is very rare: cf. Tac. Ann. I 22 *ne hostes quidem sepultura inuident*.

799. *ingerit*] 'casts Emathia in the face of guilty heaven'.

humator] cf. Liv. XXII 52.

800. *succensae*] 'fired with the Libyan torch', i. e. where the funeral piles of the Roman dead were kindled by the Carthaginians.

803. *ciues*] i.e. *non hostes*: to them he would not have refused burial. Compare the language attributed to Vitellius by Suetonius, Vit. 10 *optime olere occisum hostem, et melius ciuem*.

805. *non interpositis*] i.e. *continuis*, 'with no gaps between them'.

806. *generi*] i.e. if you wish to cause greater pain to Pompeius.

810. *receptat*] 'gathers', cf. Lucret. II 1000, 1001 *quod missum est ex aetheris oris id rursum caeli rellatum templa receptant*.

cuncta sinu finemque sui sibi corpora debent.
 hos, Caesar, populos si nunc non usserit ignis,
 uret cum terris, uret cum gurgite ponti.
 communis mundo superest rogos ossibus astra
 mixturus. quocumque tuam Fortuna uocabit, 815
 hae quoque eunt animae. non altius ibis in auras,
 non meliore loco Stygia sub nocte iacebis.
 libera Fortunae mors est: capit omnia tellus
 quae genuit: caelo tegitur qui non habet urnam.
 tu, cui dant poenas inhumato funere gentes, 820
 quid fugis hanc cladem? quid olentis deseris agros?
 has trahe, Caesar, aquas: hoc, si potes, utere caelo.
 sed tibi tabentes populi Pharsalica rura
 eripiunt camposque tenent uictore fugato.
 non solum Haemonii funesta ad pabula belli 825
 Bistonii uenere lupi, tabemque cruentae
 caedis odorati Pholoen liquere leones.
 tunc ursi latebras, obsceni tecta domosque
 deseruere canes, et quidquid nare sagaci
 aera non sanum motumque cadauere sensit. 830
 iamque diu uolucres ciuilia castra secutae
 conueniunt. uos, quae Nilo mutare soletis
 Threicias hiemes, ad mollem serius Austrum

811. *finemque sui*] 'owe to themselves their own end', i.e. naturally decay.

814. *communis*] This was the doctrine of the Stoics, cf. Sen. dial. vi xxvi § 6 *cum tempus aduenerit quo se mundus renouaturus exstinguat uiribus ista se suis cadent et sidera sideribus incurrent et omni flagrante materia uno igne quidquid nunc ex disposito lucet ardebit.* Id. N. Q. III xiii § 2 *ita ignis exitus mundi, umor primordium.*

815. *tuam*] sc. *animam*.

818. *libera*] 'death is free from Fortune's sway', i.e. Fortune has no power over the dead: for *liber* with genitive cf. IV 384. Verg. Aen. x 134 *libera fati*.

819. *quae genuit*] cf. Aesch. choeph. 127, 128 *καὶ γαίαν αὐτὴν ἢ τὰ πάντα τίκτεται θρέψασα δ' ἄθθις τῶνδε κίμα λαμβάνει.* Shelley, *Queen Mab* "Thus do the generations of the earth Go to the grave and issue from the womb, Surviving still the imperishable change That renovates the

world".

caelo tegitur] Compare the line of Maecenas quoted by Seneca Epp. xiv 4 (92) § 35 *nec tumultum curo; sepelit natura relictos.*

820—822. These three lines are not found in some of the best MSS., and are not commented on by the Scholiast. *inhumato funere* seems a strange expression.

822. *trahe*] 'drink', *utere* 'breathe'.

825. *Haemonii*] to be taken with *belli*, not, as Weise punctuates, with *lupi*.

827. *Pholoen*] A mountain in Arcadia: the geography is vague.

830. *motum*] 'changed', cf. Ov. Trist. v vi 23—25 *non adeo toti fatis urgemur iniquis ut mea sit longis mens quoque mota malis; fuge tamen motam.*

832. *uos*] sc. *grues*, 'cranes', cf. v 711 foll.: these birds are wrongly supposed by Lucan to feed on carrion.

istis, aues. numquam tanto se uolture caelum
 induit aut plures presserunt aera pennae; 835
 omne nemus misit uolucres omnisque cruenta
 alite sanguineis stillauit roribus arbor.
 saepe super uoltus uictoris et impia signa
 aut cruor aut alto defluxit ab aethere tabes,
 membraque deiecit iam lassis unguibus ales. 840
 sic quoque non omnis populus peruenit ad ossa,
 inque feras discerptus abit: non intima curant
 uiscera nec totas auidae sorbere medullas:
 degustant artus. Latiae pars maxima turbac
 fastidita iacet: quam sol nimbique diesque 845
 longior Emathiis resolutam miscuit aruis.

Thessalia infelix quo tanto crimine tellus
 laesisti superos, ut te tot mortibus unam,
 tot scelerum fatis premerent? quod sufficit acuum
 immemor ut donet belli tibi damna uetustas? 850
 quae seges infecta surget non decolor herba?
 quo non Romanos uiolabis uomere manes?
 ante nouae uenient acies, sclerique secundo
 praestabis nondum siccos hoc sanguine campos.
 omnia maiorum uertamus busta licebit, 855
 et stantis tumulos, et qui radice uetusta
 effudere suas uictis compagibus urnas:
 plus cinerum Haemoniae sulcis telluris aratur,

834. *tanto uolture*] 'with such a cloud of vultures'.

835. *presserunt*] 'burdened', 'weighed down'.

837. *roribus*] cf. Verg. Aen. VIII 645 *sparsi rorabant sanguine uespres*.

841. *peruenit ad ossa*] 'were reduced to skeletons'.

844. *degustant*] 'they barely taste', cf. Tac. Ann. VI 26 (20) *et tu Galba quandoque degustabis imperium*. Quintil. IV i § 14 *degustanda tamen haec prooemio non consumenda*.

845. *fastidita*] sc. *ab auibus*. *nimbis*] cf. Hom. Od. I 161 οὐδὲ λεῦκ' ὅσπερ αἰθέρα δαίμων.

847. *quo tanto*] cf. Verg. Aen. II 42 *o miseri quae tanta insania ciues?*

849. *scelerum fatis*] 'fated crimes'. *sufficit*] 'is long enough'.

850. *immemor—donet*] 'forget and forgive'. cf. IX 144, 1088. Cic. ad fam. V iv § 2 *tuas inimicitias ut reipublicae donares te uicisti*.

uetustas] 'lapse of time', cf. note on III 471.

851. *infecta—herba*] Compare the account of the field of Landen in Macaulay's *History*, vol. IV chapter xx. p. 15.

853. *nouae*] The usual confusion between Pharsalia and Philippi, cf. note on I 694.

856. *et—et*] 'both—and'.

radice—uetusta] 'ancient tree-roots', i.e. of fig trees, cf. Iuv. X 143—146 *tituli-que cupido haesuri saxis cinerum custodibus, ad quae discutienda ualent sterilis mala robora ficus; quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulcris*.

pluraque ruricolis feriuntur dentibus ossa.
 nullus ab Emathio religasset litore funem 860
 nauita, nec terram quisquam mouisset arator
 Romani bustum populi: fugerentque coloni
 umbrarum campos, gregibus dumeta carerent:
 nullusque auderet pecori permittere pastor
 uellere surgentem de nostris ossibus herbam: 865
 ac uelut impatiens hominum uel solis iniqui
 limite uel glacie, nuda atque ignota iaceres,
 si non prima nefas belli sed sola tulisses.
 o superi, liceat terras odisse nocentis.
 quid totum premitis, quid totum soluitis orbem? 870
 Hesperiae clades et flebilis unda Pachyni
 et Mutina et Leucas pueros fecere Philippos.

859. *dentibus*] cf. Verg. G. 1 493—497 *scilicet et tempus ueniet cum finibus illis agricola incuruo terram molitus aratro exesa inueniet scabra robigine pila, aut grauius rastris galeas pulsabit inanes, grandiaque effossis mirabitur ossa sepulcris*.

860. *religasset*] 'would have fastened to', cf. Verg. Aen. vii 106 *gramineo ripae religauit ab aggere classem*. *religare* more commonly takes the ablative without *ab*. cf. Hor. carm. 1 xxxii 7, 8 *siue iactatam religarat udo litore nauim*. Id. Sat. 1 v 18, 19 *missae pastum retinacula mulae nauita piger saxo religat*.

863. *umbrarum campos*] 'the spectre-haunted plains'.

866. *impatiens hominum*] 'made uninhabitable by the zone of the scorching sun or by ice', cf. Hor. carm. 1 xxii 21, 22 *pone sub curru nimium propinqui solis in terra domibus negata*.

868. *si non prima*] 'hadst thou been, not the first, but the only land to endure the curse of civil war'.

869. *odisse*] i.e. which we cannot now do, as all the world is equally guilty.

870. *premitis*] 'weigh down with guilt', *soluitis*, 'free from guilt'. nam alter locus alterum liberat culpa. Weise.

871. *Hesperiae*] sc. at Munda, cf. note on 1 40.

872. *pueros*] respectu maiorum etiam cladium. Schol.

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIAE
LIBER OCTAVUS.

ARGUMENT OF BOOK VIII.

Pompeius flies to Lesbos: he consoles his wife 1—85; her answer 86—108. The people of Mitylene offer him shelter, which he declines 109—158. He sails from Lesbos 159—201, meets his son Sextus, and sends Deiotarus to rouse the East 202—243. Pompeius proceeds to Phaselis in Cilicia, holds a council and proposes to seek the aid of the Parthians 243—325. Lentulus opposes this plan, and recommends Egypt as a refuge 325—455, to which they sail 456—471. In the council of King Ptolemaeus Pothinus persuades him to murder Pompeius 472—540. Apostrophe to Egypt and Ptolemaeus 541—560. Pompeius is induced to enter a small boat, and is murdered by Septimius 560—636. Laments of Cornelia 637—662. The head of Pompeius is cut off and embalmed 663—691, reflexions on his death 692—711. His body is buried by Cordus 712—793, reflexions on his burial 793—838. Apostrophe to Egypt 823—872.

Iam super Herculeas fauces nemorosaque Tempe,
Haemoniae deserta petens dispendia siluae,
cornipedem exhaustum cursu stimulisque negantem
Magnus agens incerta fugae uestigia turbat
implicitasque errore uias. pauet ille fragorem 5

1. *Herculeas fauces*] i.e. the pass of Tempe, said to have been made by Hercules, cf. VI 347.

2. *dispendia*] loss of time, and so what causes it, viz. circuitous paths. cf. Mart. IX c 5 *tu qui longa potes dispendia ferre uiarum*. Compare also Ov. Met. III 234 *sed per compendia montis anticipata uia est*.

3. *stimulusque—negantem*] 'refusing to

obey the spur'. Oud. cf. Stat. Silu. III i 124 *saxa negantia ferro*, id. Theb. II 668 669 *ast tamen illi membra negant*.

4. *incerta*] proleptic, 'confounds his footsteps so that they may not be recognised'.

5. *implicitas errore uias*] 'paths made involved by following winding courses'. cf. Verg. Aen. V 589, 591, of the Laby-

motorum uentis nemorum, comitumque suorum,
 qui post terga ferit, trepidum laterique timentem
 exanimat. quamuis summo de culmine lapsus,
 nondum uile sui pretium scit sanguinis esse,
 seque memor fati tantae mercedis habere 10
 credit adhuc iugulum, quantum pro Caesaris ipse
 auolsa ceruice daret. deserta sequentem
 non patitur tutis fatum celare latebris
 clara uiri facies. multi Pharsalica castra
 cum peterent, nondum fama prodente ruinas, 15
 occursu stupuere ducis uertigine rerum
 adtoniti: cladisque suae uix ipse fidelis
 auctor erat. grauis est Magno quicumque malorum
 testis adest. cunctis ignotus gentibus esse
 mallet et obscuro tutus transire per orbem 20
 nomine: sed longi poenas Fortuna fauoris
 exigit a misero, quae tanto pondere famae
 res premit aduersas fatisque prioribus urget.
 nunc festinatos nimium sibi sentit honores,
 actaque lauriferae damnat Sullana iuuentae: 25
 nunc et Corycias classes et Pontica signa

rinth in Crete, *ancipitemque mille uis
 habuisse dolum qua signa sequendi falleret
 indeprensus et irremediabilis error*. Ov.
 Met. VIII 165–167 *et nunc ad fontes,
 nunc in mare uersus apertum, incertas
 exercet aquas: ita Daedalus implet in-
 numeras errore uias*.

6. *comitum*] sc. *frigor*.

7. *ferit*] sc. *eum*: so Weise. Oud. with
 some MSS. reads *redit* 'comes echoing
 behind his back'. As Oud. remarks
 Lucan here contradicts what he had said
 about the fearlessness of Pompeius in the
 seventh book, cf. VII 677 foll.

lateri] 'for his side' sc. fearing a flank
 attack. The passage is apparently sug-
 gested by Verg. Aen. II 728, 729 *sonus
 excitat omnis suspensum et pariter comiti-
 que onerique timentem*.

9. *nondum uile*] 'he knows that the
 price of his blood is not yet slight'.

10. *fati*] i.e. cuius fuit ante bella
 ciuilia Schol. sc. 'his rank'. cf. 158 infr.
tantae mercedis—iugulum] 'as valuable
 a throat'.

12. *daret*] cf. IX 1024.

14. *clara*] equivalent to *cognita* 'well-known'.

16. *uertigine*] 'revolution'. Ammian.
 Marc. XXXI 10 § 22 *remotusque in ipsa
 uertigine pereuntium rerum dux cautus et
 diligens*. The word is used properly of the
 movements of the heavenly bodies. cf. Ov.
 Met. II 70 *adde quod adsidue rapitur uer-
 tigine caelum*.

17. *fidelis auctor*] 'scarce a trustworthy
 bearer of ill-tidings', cf. I 485 *nulloque
 auctore malorum*.

18. *grauis*] 'a danger'. cf. Hor. *carm.*
 III xxiii 8 *pomifero graue tempus anno*.

22. *pondere*] Oud. cf. Claudian *de cons.*
 Stil. III 79, 80 *uenerabile famae pondus*.

23. *premit*] 'crushes down', *grauiores*
 reddit, Weise.

24. *festinatos nimium*] cf. note on I 316
 foll.

25. *actaque lauriferae*] 'his exploits
 under Sulla in his triumphant youth', cf.
 note on VII 14; for *acta* cf. I 121.

26. *Corycias*] Corycus was a moun-

deiectum meminisse piget. sic longius aeuom
destruit ingentes animos et uita superstes
imperio. nisi summa dies cum fine bonorum
adfuit et celeri praeuertit tristitia leto, 30
dedecori est Fortuna prior. quisquamne secundis
tradere se fatis audet, nisi morte parata?

litora contigerat per quae. Pencius amnis,
Emathia iam clade rubens, exhibat in aequor.
inde ratis trepidum uentis et fluctibus impar 35
flumineis uix tuta uadis euexit in altum,
cuius adhuc remis quatitur Corcyra sinusque
Leucadii. Cilicum dominus terraeque Liburnae
exiguam uector pavidus correpsit in alnum.
conscia curarum secreta in litora Lesbi 40
flectere uela iubes, qua tum tellure latebas
maestior, in mediis quam si, Cornelia, campis
Emathiae stares. tristes praesagia curas
exagitant: trepida quatitur formidine somnus:
Thessaliam nox omnis habet: tenebrisque remotis 45
rupis in abruptae scopulos extremaque curris

tain in Cilicia, cf. Verg. G. iv 127, and Conington's note. *Pontica* refers to his triumph over Mithridates.

27. *deiectum*] 'now fallen from his high estate'.

longius] 'the lapse of time'.

28. *destruit*] 'brings low a haughty spirit'.

30. *praeuertit*] 'has anticipated', cf. Verg. Aen. i 720—722 *paulatim abolere Sichaeum incipit et uiuo temptat praeuerrere amore iam pridem resides animos desuetaque corda*.

31. *quisquamne secundis*] 'does any venture to trust himself to prosperity save when death is ready to his hand?' So Sulpitius rightly; Weise objects to this interpretation and takes *secundis* as equivalent to *deterioribus*, comparing *infr.* 288 *uiditque loco Romana secundo*, but the best commentary is to be found in the lines of Juvenal x 283—386 *prouida Pompeio dederat Campana febres optandas; sed multae urbes et publica nota uicerunt, igitur fortuna ipsius et urbis seruatum uicto caput abstulit*. It is the common thought that none can be termed happy till he is dead.

For *morte parata* cf. v 773.

35. *impar*] 'no match for', cf. Verg. Aen. i 475 *impar congressus Achilli*.

36. *flumineis*] i.e. scarce safe even in the shallows of the river.

37. *Corcyra*] i.e. where the fleet of Pompeius was stationed.

39. *exiguam*] Oud. cf. Justin ii cap. 13 *erat res spectaculo digna et aestimatione sortis humanae, rerum uarietate mirandae, in exiguo latentem uidere nauigio quem paulo ante uix aequor omne capiebat*.

alnum] used of river-boats, cf. Verg. G. i 136 *tunc alnos primum fluvii sensere cauatas*.

40. *conscia curarum*] 'thou Cornelia, partaker in his sorrows, dost bid him, &c.' cf. v 723 foll.

43. *tristes*] 'forebodings excite gloomy anxiety', cf. Catul. LXIV 94, 95 *heu misere exagitant immitti corde furores, sancte puer curis hominum qui gaudia miscet*.

45. *Thessaliam*] 'the whole night dwells on Thessaly', i.e. is haunted by the thought of Thessaly.

46. *rupis in abruptae*] cf. Catull. LXIV 126, 127 *ac tum praeruptos tristem con-*

litora prospiciens fluctus: nutantia longe
semper prima uides uenientis uela carinae,
quaerere nec quicquam de fato coniugis audes.

en ratis, ad uestros quae tendit carbasa portus, 50
quid ferat ignoras: et nunc tibi summa pauoris
nuntius armorum tristis rumorque sinister.

uictus adest coniunx: quid perdis tempora luctus?
cum possis iam flere times. tum puppe propinqua
prosiluit, crimenque deum crudele notauit, 55

deformem pallore ducem uoltusque prementem
canitie, atque atro squalentis puluere uestes.

obuia nox miserae caelum lucemque tenebris
abstulit, atque animam clausit dolor: omnia neruis
membra relicta labant: riguerunt corda diuque 60

spe mortis decepta iacet. iam fune ligato
litoribus lustrat uacuas Pompeius harenas.

quem postquam famulae propius uidere fideles,
non ultra gemitus tacitos incessere fata
permisere sibi, frustra que ad tollere terra 65

semianimem conantur eram: quam pectore Magnus
ambit et adstrictos refouet complexibus artus.

coeperat in summum reuocato sanguine corpus
Pompeii sentire manus, maestamque mariti

*scendere montes unde aciem in pelagi uastos
protenderet aestus, of Ariadne looking for
the return of Theseus.*

47. *nutantia longe*] 'flapping in the
distance', cf. Catull. LXV 53 *impellens
nutantibus aëra pennis*.

49. *nec*] equivalent to *nec tamen*.

50. *uestros*] Cornelia is identified with
the people of Lesbos. *uos, uester*, are
never used for *tu, tuus* in classical Latin.

51. *et nunc*] 'still the worst that thou
dost fear is evil tidings of the war &c.'

53. *quid perdis*] 'why waste the season
for grief?' i.e. by mere fear: non debes
lugendi tempora metu consumere, Grotius.
For the contrast between *dolor* and *metus*,
cf. II 26. See also Plin. Epp. VII xix § 3,
VIII xvii § 6.

55. *crimenque*] cf. II 283 *crimen erit
superis et me fecisse uocentem*. infr. 800.
notauit] The Schol. cf. Cic. in Cat. I
§ 2 *notat et designat oculis ad caedem unum
quemque nostrum*.

56. *prementem*] 'covering'. cf. Hor.

*carm. III iv 18 ut premerer sacra lauro-
que collataque myrto*. See also VII 742,
757 *infr.*

58. *obuia*] 'coming over her'.

59. *animam*] 'her breath'.

60. *relicta*] 'abandoned by their
strength'.

61. *spe mortis*] 'deceived in her hope
of death', i.e. she wished to die but could
 non uno plus aequa die, noctique rependit
 lux minor hibernae uerni solacia damni.
 comperit ut regem Casio se monte tenere, 470
 flectit iter: nec Phoebus adhuc nec carbasa languent.
 iam rapido speculator eques per litora cursu
 hospitis aduentu pauidam compleuerat aulam.
 consilii uix tempus erat: tamen omnia monstra
 Pellaeae coiere domus: quos inter Achoreus 475
 iam placidus senio fractisque modestior annis,
 (hunc genuit custos Nili crescentis in arua
 Memphis uana sacris; illo cultore deorum
 lustra suae Phoebes non unus uixerat Apis)
 consilii uox prima fuit, meritumque fidemque 480

463. *nec tenuit*] i.e. *non adpulit ad*, 'did not strike'.

gratum] 'the mountain that cheers men with nightly blaze', sc. Pharos.

464. *pugnaci*] 'struggling', i.e. against adverse winds, cf. Plin. H. N. xv § 13 (*oleae callosae contra umorem pugnaces*).

466. *in uada*] 'flows into the shallows of Pelusium, the last (i.e. most Eastern) of seven streams'.

467. *pares examinat*] 'weighs the level hours in her scale', i.e. it was the autumnal equinox, cf. x 227. Verg. G. i 208 *Libra die somnique pares ubi fecerit horas*.

468. *non uno*] i.e. it is only on one day during each equinox that the day and night are of equal length.

noctique rependit] 'and the diminishing light pays back to the night of winter consolation for its losses in the spring-time'.

471. *nec Phoebus*] 'neither does the sun, nor yet the canvass flag', i.e. the sun was not yet setting, and the wind continued.

473. *compleuerat*] 'had filled with the news of their guests' arrival'.

474. *monstra*] cf. infr. 548.

476. *senio*] cf. note on i 130.

fractis] 'enfeebled', cf. Lucret. II 1152.

1153 *fracta est aetas effetaque tellus uix animalia parua creat*. Verg. Aen. II 13 *fracti bello fatisque repulsi*.

477. *custos*] According to Beroaldus this means that at Memphis was the well, the rising and falling of the water in which acted as a Nilometer, cf. Strabo XVII c. 817 § 48.

478. *uana sacris*] 'foolish in its rites'. *illico cultore*] 'while he had been a minister of the gods not one Apis alone had lived through the lustres marked by its own Phoebe', sc. the time during which it was allowed to live, which was apparently regulated by lunar time. *suae Phoebes* because Apis bore the mark of the moon, identified with Isis; cf. Plin. H. N. VIII § 184 *bos in Aegypto etiam numinis uice colitur: Apin uocant, insigne ei in dextro latere candicans macula cornibus lunae crescere incipientis, nodus sub lingua quem cantharum appellant. non est fas eum certos uitae excedere annos, mersumque in sacerdotum fonte necant, quacsituri luctu alium quem substituant, et donec inuenerint maerent deorsum caputibus*. See also Herod. III 27, 28.

480. *uox prima*] 'was the first to speak', cf. Verg. Aen. XI 339, 340 *lingua melior sed frigida bello dextera. meritumque*] sc. *Pompeii*.

sacraque defuncti iactauit pignora patris. ⁴⁸¹
 sed melior suadere malis et nosse tyrannos
 ausus Pompeium leto damnassee Pothinus:

ius et fas multos faciunt, Ptolemaee, nocentis.
 dat poenas laudata fides, cum sustinet, inquit, ⁴⁸⁵
 quos Fortuna premit. fatis accede deisque,
 et cole felices; miseros fuge. sidera terra
 ut distant, ut flamma mari, sic utile recto.
 sceptrorum uis tota perit, si pendere iusta
 incipit: euertitque arces respectus honesti. ⁴⁹⁰
 libertas scelerum est quae regna inuisa tuctur,
 sublatusque modus gladiis. facere omnia saeue
 non impune licet, nisi cum facis. exeat aula
 qui uult esse pius. uirtus et summa potestas
 non coeunt: semper metuet quem saeua pudebunt.
 non impune tuos Magnus contempserit annos; ⁴⁹⁶
 qui te nec uictos arcere a litore nostro
 posse putat. neu te sceptris priuauerit hospes;
 pignora sunt propiora tibi: Nilonque Pharonque,
 si regnare piget, damnatae redde sorori. ⁵⁰⁰
 Aegyptum certe Latiis tueamur ab armis.
 quidquid non fuerit Magni dum bella geruntur,

481. *patris*] sc. of Ptolemaeus' father.

482. *suadere malis*] 'to give advice to wicked men', i.e. to give such advice as they would be likely to follow.

484. *ius et fas*] cf. Verg. G. 1 269 *fas et iura sinunt*.

faciunt nocentis] poenae subdunt, Grotius. i.e. and so they will make us guilty in Caesar's eyes.

485. *sustinet*] 'tries to support', 'upholds'.

486. *deis*] cf. 1 128.

488. *flamma mari*] cf. Aesch. Agam. 650, 651 *ἐννέμοσαν γὰρ ὄντες ἐχθιστοὶ τὸ πρὶν πῦρ καὶ θάλασσα*.

490. *arces*] specially of the despot's stronghold: cf. Iuv. x 306 *nullus ephebum deformem saeua castrauit in arce tyrannus* and Prof. Mayor's note; cf. also Id. iv 145 *quos Albanam dux magnus in arcem traxerat*.

491. *libertas scelerum est*] 'tis the freedom to commit crimes which is the defence of hated tyrannies, and the un-

sparing use of the sword'.

493. *nisi cum facis*] 'save when you do it', i.e. the only way of proving your power to act cruelly is to exercise it.

exeat] cf. Iuv. iii 153—155 *exeat, inquit, si pudor est et de puluino surgat equestri cuius res legi non sufficit*.

495. *coeunt*] 'agree', cf. Hor. A. P. 12 *ut placidis coeant immitia*.

pudebunt] For this construction with *pudere*, cf. Ter. Adelph. 754 (iv vii 36) *non te haec pudet?*

497. *nec uictos*] sc. *ne uictos quidem*, cf. note on 206 supr.

498. *neu te sceptris*] 'nor let a stranger rob you of your throne', i.e. if you wish to abdicate, let it be in favour of your sister rather than of Pompeius.

500. *damnatae*] Cleopatra had been expelled from her partnership in the throne which she had had under the will of their father Ptolemaeus Auletes, cf. Caesar B. C. iii 103.

501. *certe*] 'in any case'.

nec uictoris erit. toto iam pulsus ab orbe,
 postquam nulla manet rerum fiducia, quaerit,
 cum qua gente cadat: rapitur ciuilibus umbris. 505
 nec soceri tantum arma fugit: fugit ora senatus,
 cuius Thessalicas saturat pars magna uolucres:
 et metuit gentes quas uno in sanguine mixtas
 deseruit: regesque timet quorum omnia mersit:
 Thessaliaeque reus nulla tellure receptus 510
 sollicitat nostrum quem nondum prodidit orbem.
 iustior in Magnum nobis, Ptolemaee, querelae
 causa data est. quid sepositam semperque quietam
 crimine bellorum maculas Pharon, aruaque nostra
 uictori suspecta facis? cur sola cadenti 515
 haec placuit tellus, in quam Pharsalica fata
 conferres poenasque tuas? iam crimen habemus
 purgandum gladio, quod nobis sceptrum senatus
 te suadente dedit. uotis tua fouimus arma.
 hoc ferrum, quod fata iubent proferre, paraui 520
 non tibi, sed uicto. feriam tua uiscera, Magne:
 malueram soceri: rapimur quo cuncta feruntur.
 tene mihi dubitas an sit uiolare necesse,
 cum liceat? nostri quae te fiducia regni
 huc agit, infelix? populum non cernis inermem 525
 aruaque uix refluo fodientem mollia Nilo?

503. *nec uictoris*] 'will not be the conqueror's either', οὐδὲ τοῦ νικῶντος ἔσται.

505. *umbris*] Many MSS. read *armis*, but all editors agree in *umbris* which is explained by the following lines. Oud. cf. x 336.

508. *uno in sanguine*] 'piled in one bloodstained heap'.

510. *Thessaliaeque reus*] 'and charged with Thessaly's disaster, refused admittance in every land'.

511. *prodidit*] 'betrayed to ruin'.

512. *iustior*] i.e. than others have.

513. *sepositam*] distant, cf. Sen. Med.

338, 339 *partemque metus fieri nostri mare sepositum*. See also ix 1071.

516. *in quam*] 'on which to lay the burden of Pompeius' destiny'.

517. *crimen*] sc. in Caesar's eyes.

518. *purgandum gladio*] 'which we

must wipe out by the sword', i.e. by killing Pompeius.

519. *uotis*] sc. *licet non armis*.

521. *sed uicto*] i.e. for the vanquished, whichever it might be.

522. *rapimur*] 'we are swept away, whither all things tend', sc. to Caesar's side.

523. *tene mihi dubitas*] 'canst thou doubt that it is necessary for me to murder thee, since I have the power?' i.e. the very fact that you have fallen so low as to be in my power obliges me to make away with you, for fear of incurring the anger of your powerful enemy Caesar. Grotius, not seeing the point, wishes to transpose *an* and *cum*.

526. *mollia*] 'softened by the retreating Nile', i.e. yet soft as the soil is, the Egyptians are scarcely strong enough to till it.

metiri sua regna decet uiresque fateri.
 tu, Ptolemaee, potes Magni fulcire ruinam,
 sub qua Roma iacet? bustum cineresque mouere
 Thessalicos audes, bellumque in regna uocare? 530
 ante aciem Emathiam nullis accessimus armis:
 Pompeii nunc castra placent quae deserit orbis?
 nunc uictoris opes et cognita fata lacessis?
 aduersis non deesse decet, sed laeta secutos.
 nulla fides umquam miseros elegit amicos. 535

adsensere omnes sceleri. laetatur honore
 rex puer insueto, quod iam sibi tanta licere
 permittant famuli. sceleri delectus Achilles.
 perfida quæ tellus Casiis excurrit harenis,
 et uada testantur iunctas Aegyptia Syrtes, 540
 exiguum sociis monstri gladiisque carinam
 instruit. o superi, Nilusne et barbara Memphis
 et Pelusiaci tam mollis turba Canopi
 hos animos? sic fata premunt ciuilia mundum?
 sic Romana iacent? ullusne in cladibus istis 545
 est locus Aegypto Phariusque admittitur ensis?
 hanc certe seruare fidem, ciuilia bella:
 cognatas praestare manus externaque monstra
 pellite, si meruit tam claro nomine Magnus

528. *Magni ruinam*] 'Magnus in his downfall': for *ruina* used of what is ready to fall, cf. Iuv. III 196 *securos pendente iubet dormire ruina*.

531. *nullis accessimus armis*] 'we joined neither warring host'. *nullis* is here equivalent to *neutris* as *quis* to *uter* in I 126 and elsewhere.

533. *lacessis*] 'dost thou now challenge the conqueror's power and proud success?'

534. *sed laeta secutos*] sc. *sed solos laeta secutos decet*, 'tis becoming to support adversity, but only for those who have attended on prosperity'.

535. *elegit*] 'made deliberate choice of'.

537. *sibi tanta*] 'that now his servants allow him so much power'.

539. *perfida*] probably referring to the character of the inhabitants, not to quicksands as some take it.

excurrit] sc. *in mare*. Oud. with many

MSS. reads *exsultat*, which he explains by *ascendit*, but if the reading be right it more likely means 'boils up', referring to the *uada* mentioned in the following line, cf. Verg. Aen. III 557 *exsultantque uada* which Oud. refers to.

540. *testantur iunctas Syrtes*] 'witness to the nearness of the Syrtes'.

541. *sociis monstri*] 'with partners in the horrid deed', i.e. others besides Achilles himself.

543. *Pelusiaci*] simply Egyptian, cf. Verg. G. I 228.

544. *hos animos?*] sc. *sibi sumit?* cf. Cic. Philipp. II § 74 *tam bonus gladiator rudem tam cito?* and Prof. Mayor's note ad loc. cf. also Iuv. I 89 *alca quando hos animos?*

546. *admittitur*] 'is allowed to interfere?' cf. 356 *supr.*

547. *hanc fidem*] 'this obligation'.

548. *praestare*] 'employ'. For *monstra* cf. 474 *supr.*

Caesaris esse nefas. tanti, Ptolomace, ruinam 550
 nominis haud metuis? caeloque tonante profanas
 inseruisse manus, impure ac semiuir, audes?
 non domitor mundi nec ter Capitolia curru
 inuectus regumque potens uindexque senatus
 uictorisque gener: Phario satis esse tyranno 555
 quod poterat, Romanus erat. quid uiscera nostra
 scrutaris gladio? nescis, puer improbe, nescis,
 quo tua sit Fortuna loco: iam iure sine ullo
 Nili sceptrata tenes: cecidit ciuilibus armis
 qui tibi regna dedit. iam uento uela negarat 560
 Magnus, et auxilio remorum infanda petebat
 litora: quem contra non longa uecta biremi
 adpulerat scelerata manus: Magnoque patere
 fingens regna Phari celsae de puppe carinae
 in paruam iubet ire ratem litusque malignum 565
 incusat bimaremque uadis frangentibus aestum,
 qui uetet externas terris aduertere classes.
 quod nisi factorum leges intentaue iussu
 ordinis aeterni miserae uicinia mortis

550. *Caesaris esse nefas*] ab ipso Caesare occidi. Grotius. i.e. since Magnus has deserved to be the victim of Caesar's crime, and not of that of any lesser man.

551. *caeloque*] Oud. refers to III 314—317.

553. *non domitor*] 'had he not been &c.'

ter Capitolia] For Pompeius' triple triumph cf. I 316: the three triumphs were 1st B.C. 81 over Hiarbas, 2nd B.C. 79 over Spain and the adherents of Sertorius, 3rd B.C. 61 over Mithridates.

554. *uindexque senatus*] 'the champion of the senate'.

555. *satis esse*] 'still he was a Roman and that might have been enough for an Egyptian tyrant'.

557. *scrutaris*] 'explore', cf. Tac. Hist. III 27 *disiectam fluitantemque testudinem lanceis contisque scrutantur*. Stat. Theb. I 614, 615 *umas animae mucrone corusco scrutatus latebras*.

558. *quo...loco*] cf. Verg. Aen. II 322 *quo res summa loco Panthi?*

iure sine ullo] i.e. because his right to the throne depended on Pompeius and the senate.

560. *uento uela negarat*] opposed to the common *uento uela dare*: 'had refused his sails to the wind', i.e. had furled his sails. cf. IX 326. Ov. Met. XI 487 *pars munire latus; pars uentis uela negare*.

563. *adpulerat*] 'approached'; for *adpellere* with acc. without preposition, cf. Tac. Ann. II 24 *sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit*.

565. *litusque malignum incusat*] 'blames the scantiness of the beach and the tides from two seas setting upon the shoals that break there', i.e. the tide flowing from both sides of the Casian promontory and made rough by shallow water off the point.

567. *classes*] 'fleets', i.e. ships of war opposed to the small *biremis*. cf. V 503.

568. *intentaue iussu*] 'the close approach of a miserable death inflicted by the decree of eternal disposition'. For *intendere* cf. Tac. Ann. I 28 *metum intendunt*, Id. Ann. III 36 *probra sibi et minae intenduntur*.

569. *ordinis*] For *ordo* used of fate cf. Cic. de div. I § 125 *fatum autem id appello, quod Graeci εἰραμένην, id est ordinem seriemque causarum, cum causa cau-*

damnatum leto traherent ad litora Magnum, 570
 non ulli comitum sceleris praesagia deerant.
 quippe, fides si pura foret, si regia Magno
 sceptrorum auctori uera pietate pateret,
 uenturum tota Pharium cum classe tyrannum.
 sed cedit fatis, classemque relinquere iussus 575
 obsequitur, letumque iuuat praeferre timori.
 ibat in hostilem praeceps Cornelia puppim,
 hoc magis impatiens egresso deesse marito,
 quod metuit clades. remâne, temeraria coniunx,
 et tu, nate, precor, longeque e litore casus 580
 exspectate meos, et in hac ceruice tyranni
 explorete fidem, dixit. sed dura uetanti
 tendebat geminas amens Cornelia palmas:
 quo sine me, crudelis, abis? iterumne relinquo 584
 Thessalicis submota malis? numquam omine laeto
 distrahimur miseri. poteras non flectere puppim,
 cum fugeres, alio, latebrisque relinquere Lesbi,
 omnibus a terris si nos arcere parabas.
 an tantum in fluctus placco comes? haec ubi frustra
 effudit, prima pendet tamen anxia puppe: 590
 adtonitoque metu nec quoquam auertere uisus
 nec Magnum spectare potest. stetit anxia classis
 ad ducis euentum, metuens non arma nefasque,

sae nexa rem ex se gignat. Manil. I 531
non casus opus est magni sed numinis
ordo.

571. *sceleris praesagia*] 'a presentiment of the crime had not been wanting'.

572. *quippe*] 'for they might think that &c.'

573. *sceptrorum auctori*] 'the giver of his sceptre'.

576. *timori*] 'to showing fear'.

578. *hoc*] 'on this account'.

impatiens deesse] 'less able to endure to quit': for the construction cf. Sil. Ital. XI 98 *impatiens ultra gemitu cohibere iurorem*.

580. *longe e litore...exspectate*] must mean 'wait for the news of what befalls me to reach you from the shore afar'. Oud. with some MSS. reads *a litore* which would be simpler, i.e. 'at a distance from the shore wait to see what befalls me'.

581. *in hac ceruice*] cf. II 603 *taurus*

in aduersis explorat cornua truncis.

582. *dura uetanti*] 'giving a cruel refusal'.

585. *Thessalicis...malis*] 'am I to be left behind again, I who was debarred from sharing in the misfortunes in Thessaly?'

586. *poteras non flectere*] 'you might have refrained from changing the course of your ship, and might have left me at Lesbos'.

587. *alio*] i.e. to Lesbos, to a different place from that towards which you had started, cf. 640 *infr.*

589. *in fluctus*] to be taken with *comes*.

591. *adtonito metu*] sc. *adtonita metu*. Oud. cf. Sil. Ital. III 131, 132 *aegramque leuare adtonitis mentem curis*.

593. *ad ducis euentum*] *exspectans* quid Pompeius aut pateretur aut ageret. Schol.

sed ne submissis precibus Pompeius adoret
 scepra sua donata manu. transire parantem 595
 Romanus Phariā miles de puppe salutat
 Septimius: quī, pro superum pudor, arma satelles
 regia gestabat posito deformia pilo:
 immanis uiolentus atrox nullaque ferarum
 mitior in caedes. quis non, Fortuna, putasset 600
 parcere te populis, quod bello haec dextra uacasset,
 Thessaliaque procul tam noxia tela fugasses?
 disponis gladios, ne quo non fiat in orbe,
 heu, facinus ciuile tibi. uictoribus ipsis
 dedecus et numquam superum caritura pudore 605
 fabula; Romanus regi sic paruit ensis,
 Pellaeusque puer gladio tibi colla recidit,
 Magne, tuo. quā posteritas in saecula mittet
 Septimium fama? scelus hoc quo nomine dicent
 qui Bruti dixere nefas? iam uenerat horae 610
 terminus extremae, Phariamque ablatus in alnum
 perdiderat iam iura sui. tum stringere ferrum
 regia monstra parant. ut uidit comminus enses,
 inuoluit uoltus, atque indignatus apertum
 Fortunae praestare caput, tum lumina pressit, 615
 continuitque animam, ne quas effundere uoces
 posset et aeternam fletu corrumpere famam.

595. *transire*] i.e. into the small boat.

597. *arma regia*] i.e. probably the sarisa, cf. notes on I 7, VII 519.

satelles] cf. Hor. Epod. IX 11—16 *Romanus, eheu, posteri negabilis, emancipatus feminae fert uallum et arma miles et spadonibus seruire rugosis potest; interque signa turpe militaria sol adspicit conopium.*

599. *nullaque*] 'in no way milder than a wild beast', cf. note on VII 25.

600. *mitior*] 'less fierce for slaughter'.

601. *parcere*] 'that it was in mercy to the world'. cf. II 734.

bello uacasset] 'had been kept clear of the war'.

603. *disponis gladios*] 'thou dost so distribute thy swords'.

605. *numquam*] 'a tale that will ever reflect disgrace upon the gods'. For the sense cf. Hom. Od. XX 201—203 *Ζεῦ*

πάτερ οὗ τις σεῖο θεῶν δλοώτερος ἄλλος οὐκ ἐλεείρεις ἄνδρας ἐπὶν δὴ γέινεαι αὐτὸς μισγόμεναι κακότητι καὶ ἄλγεσι λευγαλέοισιν.

608. *tuo*] Septimius had at one time served under Pompeius, cf. Plut. Pomp. 78, Caesar B. C. III 104.

610. *qui Bruti*] 'who called what Brutus did a crime'. *Bruti* sc. *facinus*.

611. *terminus*] 'his last hour that was the boundary of his life'. The genitive *extremae horae* denotes that of which *terminus* consists, cf. note on VII 272.

614. *inuoluit uoltus*] cf. Shakspeare, Julius Caesar, act III sc. ii 'and in his mantle muffling up his face'.

615. *praestare*] Oud. cf. v 370 *ingulos non tantum praestitit enses*. Sen. Oed. 179, 180 *minus cruiisti lumina audacter tua quam praestitisti*.

616. *continuit*] 'held his breath'.

at postquam mucrone latus funestus Achilles
 perfodit, nullo gemitu consensit ad ictum,
 despexitque nefas, seruatque immobile corpus, 620
 seque probat moriens, atque haec in pectore uoluit:
 saccula Romanos numquam tacitura labores
 attendunt, acuomque sequens speculatur ab omni
 orbe ratem Phariamque fidem. nunc consule famae.
 fata tibi longae fluxerunt prospera uitae: 625
 ignorant populi, si non in morte probaris,
 an scicris aduersa pati. ne cede pudori,
 auctoremque dole fati. quacumque feriris,
 crede manum soceri. spargant lacerentque licebit,
 sum tamen, o superi, felix, nullique potestas 630
 hoc auferre deo. mutantur prospera uitae:
 non fit morte miser. uidet hanc Cornelia caedem
 Pompeiusque meus. tanto patientius oro
 claude, dolor, gemitus: natus coniunxque peremptum
 si mirantur amant. talis custodia Magno 635
 mentis erat: ius hoc animi morientis habebat.

619. *nullo gemitu*] 'uttering not a groan he yielded patiently to the blow'.

620. *despexit*] 'showed his contempt for the crime'. Oud. with many MSS. reads *respexitque*, i.e. *neque respexit* the negative being carried on from *nullo*, cf. *supr.* I 77 note.

621. *se probat*] sc. Pompeium esse. Weise: rather, 'shows his virtue', cf. Cic. de fin. II § 80 *at multis se probauit* (*Epicurus*). Oud. cf. Claudian *Epist.* I 35—37 *in breuibus numquam sese probat Aecolus antris, Alpes ille quatit*.

622. *saccula*] 'generations that will ever ring with the tale of the troubles of Rome'.

623. *attendunt*] 'are witnesses'.
ab omni orbe] 'from every quarter of the world'.

625. *prospera*] to be taken with *fluxerunt* as the predicate.

626. *in morte*] i.e. because all my life I have been fortunate, only my death is otherwise.

627. *ne cede pudori*] *ne te pudeat quod iussu pueri, decreto spadonum, manu desertoris occideris: non illis adscribenda mors tua sed Caesari*. Grotius.

628. *que*] i.e. *neue*, cf. *supr.* 620.

630. *nullique potestas*] cf. Hor. *carm.* III xxix 45—48 *non tamen irritum quodcumque retro est efficit neque diffinget infectumque reddet quod fugiens semel hora uexit*. Agathon apud Aristot. *Eth. Nic.* VI 2 *μόνον γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στεπλσκεται, ἀγένητα ποιεῖν ἄσ' ἂν ἢ πεπραγμένα*. Plin. H. N. II § 27 *nullumque habere (deum) in praeterita ius praeterquam obliuionis*.

631. *mutantur*] 'the blessings of life are subject to change'.

632. *non fit*] 'a man does not become unhappy by his death', i.e. if he has been happy in his lifetime.

uidet] For the consolation of dying before the eyes of one's relations, cf. Verg. *Aen.* I 94—96 *terque quaterque beati queis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis contigit oppetere*.

635. *si mirantur amant*] 'truly love me if they admire me in death', i.e. they will show their love more by admiration of my fortitude, than by grief at my death.

talis custodia] 'so close a guard did Magnus keep over his thoughts, such control of his mind he exercised in his death'. *morientis* is transferred from Pompeius to *animi*.

at non tam patiens Cornelia cernere saeuom
quam perferre nefas miserandis aethera complet
uocibus: o coniunx, ego te scelerata peremi:
letiferae tibi causa morae fuit auia Lesbos, 640
et prior in Nili peruenit litora Caesar.
nam cui ius alii sceleris? sed quisquis in istud
a superis immisse caput, uel Caesaris irae
uel tibi prospiciens, nescis crudelis ubi ipsa
uiscera sint Magni: properas atque ingeris ictus 645
qua uotum est uicto. poenas non morte minores
pendat, et ante meum uideat caput. haud ego culpa
libera bellorum, quae matrum sola per undas
et per castra comes nullis absterrita fatis
uictum, quod reges etiam timuere, recepi. 650
hoc merui coniunx in tuta puppe relinqui?
perfide, parcebas? te fata extrema petente
uita digna fui? moriar, nec munere regis.
aut mihi praecipitem, nautae, permittite saltum,
aut laqueum collo tortosque aptare rudentes: 655
aut aliquis Magno dignus comes exigat ensem.
Pompeio praestare potest quod Caesaris armis
imputet. o saeui, properantem in fata tenetis?
uiuis adhuc, coniunx, et iam Cornelia non est
iuris, Magne, sui. prohibent accersere mortem: 660
seruor uictori. sic fata interque suorum

638. *quam perferre*] sc. patiens fuisset.

640. *auia Lesbos*] i.e. to which you went out of your way to follow me.

642. *quisquis*] 'whoe'er thou art who has been despatched by the gods to take this life'.

643. *uel...uel*] equivalent to *siue...siue*.

644. *prospiciens*] 'having regard to', cf. Cic. in Cat. IV § 3 *consultite uobis, prospicite patriae*.

646. *qua uotum*] 'where the vanquished would pray that blows should fall'.

poenas] 'let him pay a penalty not less than death, by first seeing my head cut off'; for *ante* cf. Verg. Aen. XII 630 *hunc, oro, sine me furere ante furorem*.

649. *nullis*] equivalent to *omnino non*, cf. note on VII 25.

650. *quod*] sc. *te recipere*.

651. *hoc*] 'in this'.

655. *aptare*] dependent on *permittite* and coupled with *saltum*.

656. *exigat*] 'drive through me', cf. Verg. Aen. X 815, 816 *uulidum namque exigit ensem per medium Aeneas inuenim*.

657. *praestare*] 'to do a favour to'.

658. *imputet*] 'which he may reckon as a service done to Caesar's arms', i.e. the killing of his enemy's wife. So the Schol.: and this is the usual meaning of *imputare* in silver-age Latin, cf. Tac. Hist. IV 14 *ne Romanis quidem ingratum id bellum cuius ambiguum fortunam Vespasiano imputaturos*, Iuv. V 14, 15 *fructus amicitiae magnae cibis, imputat hunc rex, et quamuis rarum tamen imputat*, and Prof. Mayor's note.

lapsa manus rapitur trepida fugiente carina.

at Magni cum terga sonent et pectora ferro,
permansisse decus sacrae uenerabile formae,
irataeque deis faciem, nil ultima mortis 665

ex habitu uoltuque uiri mutasse, fatentur
qui lacerum uidere caput. nam saeuus in ipso
Septimius sceleris maius scelus inuenit actu:
ac reteggit sacros scisso uelamine uoltus

semianimis Magni, spirantiaque occupat ora, 670
collaque in obliquo ponit languentia transtro.

tum neruos uenasque secat nodosaque frangit
ossa diu: nondum artis erat caput ense rotare.
at postquam trunco ceruix abscisa recessit,
uindicat hoc Pharius dextra gestare satelles. 675

degener atque operae miles Romane secundae,
Pompeii diro sacrum caput ense recidis,
ut non ipse feras? pro summi fata pudoris.
impius ut Magnum nosset puer, illa uerenda
regibus hirta coma et generosa fronte decora 680

caesaries comprehensa manu est, Pharioque ueruto,
dum uiuunt uoltus atque os in murmura pulsant
singultus animae, dum lumina nuda rigescunt,

662. *rapitur*] ab aspectu litoris. Weise.

663. *sonent ferro*] 'resound with the blows of the sword'. Oud. cf. Sil. Ital. I 402 *perque ipsum tegimen crepitantia dissipat ossa*.

665. *iratae*] 'his look of indignation at the gods'.

nil...ex habitu] 'nothing in his mien or countenance'.

669. *uelamine*] i.e. the toga he had drawn over his head, cf. 614.

670. *occupat*] 'seizes on'.

671. *in obliquo transtro*] 'crosswise upon a bench', cf. note on I 220.

672. *frangit diu*] i.e. 'takes a long time in breaking'. See note on VII 504.

673. *caput ense rotare*] 'to whip off a head at a stroke'. Oud. refers to Suet.

Calig. 32 *saepe in conspectu prandentis uel comissantis seriae quaestiones per tormenta habebantur, miles decollandi artifex quibus-cunque e custodia capita amputabat*; cf. also Ov. A. A. II 373, 374 *sed neque fuluus aper media tam saeuus in ira, fulmi-*

neo rabidos cum rotat ore canes.

675. *uindicat hoc gestare*] equivalent to *uindicat hoc gestandum*: a Graecism, cf. Hor. *carm.* I xxvi 1—3 *Musis amicus tristitiam et metus tradam proteruis in mare Creticum portare uentis*.

Pharius satelles] i.e. Achilles.

676. *operae secundae*] 'playing a second part', a metaphor from the stage; cf. Dem. de corona § 212, where Demosthenes taunts Aeschines with having been brought up to be a *τρυαγωνιστής*.

680. *hirta*] A mark of manliness, cf. Ov. Met. XIII 850 *barba uiros hirtaeque decent in corpore setae*.

681. *manu*] sc. of an Egyptian.

ueruto] 'spear', cf. Verg. G. II 164 *Volscosque uerutos*.

682. *os in murmura*] 'and while his gasping breath still moves his tongue to utter murmurs': *pulsant* is equivalent to *mouent, impellunt*.

683. *dum lumina nuda*] 'while the unclosed eyes are stiffening'.

suffixum caput est, quo numquam bella iubente
pax fuit: hoc leges Campumque et rostra mouebat:
hac facie Fortuna tibi Romana placebas. 686

nec satis infando fuit hoc uidisse tyranno:
uolt sceleri superesse fidem. tunc arte nefanda
submota est capiti tabes: raptoque cerebro
exsiccata cutis, putrisque effluxit ab alto 690
umor, et infuso facies solidata ueneno est.

ultima Lageae stirpis perituraque proles,
degener, incestae sceptris cessure sororis,
cum tibi sacrato Macedon seruetur in antro,
et regum cineres exstructo monte quiescant, 695
cum Ptolemaeorum manes seriemque pudendam

Pyramides claudant indignaque Mausolea:
litora Pompeium feriunt truncusque uadosis
huc illuc iactatur aquis? adeone molesta
totum cura fuit socero seruare cadauer? 700

hac Fortuna fide Magni tam prospera fata
pertulit: hac illum summo de culmine rerum
morte petit, cladesque omnes exegit in uno
saecula die quibus immunes tot praestitit annos:
Pompeiusque fuit qui numquam mixta uideret 705

684. *quo numquam*] ordo est; quo iubente bella numquam pax fuit. Schol.

685. *leges mouebat*] which Oud. objects to, proposing *reges* as a substitute, is not a technical expression, it must mean simply 'influenced', 'swayed'.

686. *tibi placebas*] 'didst thou gratify thyself'.

688. *fidem*] 'proof'.

689. *tabes*] 'the congealed blood'.

690. *ab alto*] 'from its inmost parts'.

691. *ueneno*] 'drugs'.

692. *peritura*] Ptolemaeus was soon afterwards drowned in the Nile, cf. Auct. bell. Alex. 31.

693. *sceptris*] is the dat. 'destined to yield to thy sister's rule'.

694. *Macedon*] i.e. Alexander the Great, buried at Alexandria. So Horace *carm.* II xvi 14 speaks of his father Philip as *uir Macedo*.

696. *manes*] cf. Verg. *Aen.* IV 34 *id cinerem aut manes credis curare sepultos? pudendam*] Oud. cf. Strabo XVI 11 (796)

ἅπαντες μὲν οὖν οἱ μετὰ τὸν τρίτον Πτολεμαῖον ὑπὸ τρυφῆς διεφθαρμένοι χεῖρον ἐπολιτεύσαντο κ.τ.λ.

698. *feriunt*] 'bruise', sc. when he is dashed against them by the waves.

700. *totum*] 'unmutilated', cf. Iuv. x 288 *iacuit Catilina cadauere toto*.

701. *hac...fide*] These words may be taken ironically 'with such fidelity'; or perhaps more simply 'with such consistency', i.e. never using half-measures with him, but giving him the best and the worst.

702. *pertulit*] sc. *ad exitum*. Weise. *culmine*] For the metaphorical use of *culmen*, cf. note on VII 594.

703. *petit*] 'did she assail him striking him down from, &c.'

cladesque exegit] 'exacted from him all his disasters in one day', i.e. as if a certain amount of misfortune was due from every man to Fortune, which might be paid either at one time or by instalments.

laeta malis: felix nullo turbante deorum,
 et nullo parcente miser. semel impulit illum
 dilata Fortuna manu. pulsatur harenis,
 carpitur in scopulis, hausto per uolnera fluctu,
 ludibrium pelagi: nullaue manente figura 710
 una nota est Magno capitis iactura reuolsi.

ante tamen Pharias uictor quam tangat harenas
 Pompeio raptim tumultum Fortuna parauit,
 ne iaceat nullo, uel ne meliore sepulcro.
 e latebris pavidus decurrit ad aequora Cordus. 715
 quaestor ab Idalio Cinyraeae litore Cypri
 infaustus Magni fuerat comes. ille per umbras
 ausus ferre gradum uictum pietate timorem
 compulit, ut mediis quaesitum corpus in undis
 duceret ad terram traheretque ad litora Magnum. 720
 lucis maesta parum per densas Cynthia nubes
 praebebat; cano sed discolor aequore truncus
 conspicitur. tenet ille ducem complexibus artis
 eripiente mari: nunc uictus pondere tanto
 exspectat fluctus, pelagoque iuuante cadauer 725
 impellit. postquam sicco iam litore sedit,
 incubuit Magno, lacrimasque effudit in omne

706. *felix*] 'when prosperous none of the gods harassed him, when in misery none spared him'. The use of the participle in this passage is somewhat remarkable as it is put with what might be called an ablative of accompaniment, instead of giving the reason as is usually the case.

707. *semel*] 'once for all, Fortune after long holding back her hand hurled him headlong'; for *impellere*, cf. notes I 149, V 108.

709. *carpitur*] 'he is torn in pieces'; cf. Sen. Thyest. 1063, 1064 *artus corpore exanimò amputans in parua carpsi frusta*.

710. *figura*] 'no shape remaining'.

711. *nota*] qua agnoscatur. Weise. On this whole passage, Oud. cf. Verg. Aen. II 454—458 *haec finis Priami fatorum; hic exitus illum sorte tulit Troiam incensam et prolapsa uidentem Pergama, tot quondam populis terrisque superbum regnatorem Asiae. iacet ingens litore truncus, auolsumque ueris caput et sine nomine corpus*.

714. *ne iaceat*] cf. the epigram Anthol. 77 *marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo, Pompeius nullo: quis putet esse deos?*

715. *Cordus*] So all editors: all MSS. appear to give the name as Codrus, but this would be a Greek name whereas this man is a Roman, cf. infr. 767, as is also shown by his having attained the rank of quaestor. Plutarch on the other hand says Pompeius was buried by his freedman Philippus, cf. Pomp. cap. 80.

716. *Cinyraeae*] cf. Ov. Met. x 298 foll.

717. *comes*] taken as Hortensius remarks from Verg. Aen. VI 166 *Hectoris hic magni fuerat comes*.

719. *compulit*] 'put pressure on his fear'.

722. *discolor*] 'differing in colour from the hoary (i.e. foam-covered) sea'.

727. *lacrimasque effudit*] Oud. cf. Ov. Heroid. XI 125 *uiue memor nostri lacrimasque in uolnera funde*.

uolnus, et ad superos obscuraque sidera fatur :

non pretiosa petit cumulatō ture sepulcra

Pompeius, Fortuna, tuus : non pinguis ad astra 730

ut ferat e membris Eoos fumus odores,

ut Romana suom gestent pia colla parentem,

praeferat ut ueteres feralis pompa triumphos,

ut resonent cantu tristi fora, totus ut ignem

proiectis macrens exercitus ambiat armis. 735

da uilem Magno plebei funeris arcam,

quae lacerum corpus siccos effundat in ignes.

robora non desint misero nec sordidus ustor.

sit satis, o superi, quod non Cornelia fuso

crine iacet subicique facem complexa maritum 740

imperat, extremo sed abest a munere busti

infelix coniunx, nec adhuc a litore longe est.

sic fatus, paruos iuuenis procul adspicit ignes,

corpus uile suis nullo custode cremantis.

inde rapit flammās, semiustaque robora membris 745

subducens, quaecumque es, ait, neglecta nec ulli

cara tuo, sed Pompeio felicior umbra,

quod iam compositum uiolat manus hospita bustum,

728. *obscura*] 'dimmed by clouds', cf. supr. 721.

729. *sepulcra*] seems to be used of the funeral pile, *rogus*, on which the frankincense would be placed; cf. IX 10.

730. *pinguis*] cf. Aesch. Agam. 819 συνθήσκουσα δὲ σποδὸς προπέμψει πλοῦς πολέου πλοῦς.

731. *Eoos*] cf. Stat. Silu. III iii 33—37 *tu largus Eoa germina, tu messes Ciliciumque Arabumque superbis merge rogis; ferat ignis opes heredis et alto aggere missuri nitido pia nubila caelo stipentur cineres.*

732. *ut*] The negative is continued, 'that the duteous necks of Romans should carry to burial the father of their country'. For the title of *parens patriae*, cf. Prof. Mayor's note on Iuv. VIII 244; it does not seem to have been ever conferred on Pompeius.

734. *totus ut ignem*] cf. Verg. Aen. XI 92, 93 *tum maesta phalanx Teucrique sequuntur Tyrrhenique omnes et uersi Arcades armis.* Tac. Ann. III 2 *praecedebant incompta signa uersi fasces.*

735. *proiectis*] It is uncertain whether this is equivalent to *uersis* as in the passages quoted from Virgil and Tacitus, or as is more probable 'thrown on the funeral pile'. See the account of the funeral of Julius Caesar in Suet. Jul. 84 *deinde tibicines et scaenici artifices uestem, quam ex triumphorum instrumento ad praesentem usum induerant, detractam sibi atque discissam inicere flammae et ueteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant.*

736. *plebei funeris*] cf. Hor. Sat. I viii 8, 9 *huc prius angustis eiecta cadauera cellis conseruus uili portanda locabat in arca.*

737. *siccos*] i.e. in which there are no aromatics burnt.

effundat] 'let drop'.

738. *ustor*] cf. Catull. LIX 5 *a semi-raso tunderetur ustore.*

742. *nec adhuc*] 'while yet she is not far distant'.

744. *uile suis*] 'neglected by its friends'.

747. *felicior*] i.e. quia tamen combureris. Weise.

da ueniam: si quid sensus post fata relictum est,
cedis et ipsa rogo paterisque haec damna sepulcri,
teque pudet sparsis Pompeii manibus uri. 751
sic fatur, plenusque sinus ardente fauilla
peruolat ad truncum, qui fluctu paene relatus
litore pendebat. summas dimouit harenas,
et collecta procul lacerac fragmenta carinae 755
exigua trepidus posuit scrobe. nobile corpus
robor nulla premunt, nulla strue membra recumbunt:
admotus Magnum non subditus accipit ignis.
ille sedens iuxta flammis: o maxime, dixit,
ductor et Hesperii maiestas nominis una, 760
si tibi iactatu pelagi, si funere nullo
tristior iste rogos; manes animamque potentem
officiis auerte meis: iniuria fati
hoc fas esse iubet; ne ponti belua quicquam,
ne fera, ne uolucres, ne saeui Caesaris ira 765
audeat: exiguum, quantum potes, accipe flammam,
Romana succense manu. Fortuna recursus
si det in Hesperiam, non hac in sede quiescent
tam sacri cineres: sed te Cornelia, Magne,
accipiet, nostraque manu transfundet in urnam. 770
interea paruo signemus litora saxo
ut nota sit busti; si quis placare peremptum
forte uolet plenos et reddere mortis honores,
inueniat trunci cineres et norit harenas,

750. *cedis et ipsa rogo*] There is no need of supplying *si* as Weise wishes to do with *cedis* &c.: the meaning is 'if there be any perception after death, you of your own accord, I am sure, give way to Pompeius', and so the Schol. rightly explains 'quippe Pompeium inde gratularis com-buri'. For *ipsa* equivalent to *sponte*, cf. Verg. Ecl. iv 20 *ipsae lacte domum referent distenta capellae ubera*.

755. *procul*] 'from a distance'.

757. *premunt*] 'no timber (sc. of an *arca*) holds it in', cf. *supr.* 56.
strue] sc. *rogo*.

758. *admotus*] i.e. applied directly to the corpse.

760. *maiestas una*] 'crowning gran-

deur', cf. Hor. Ep. II i 257, 258 *sed neque paruum carmen maiestas recipit tua*.

762. *tristior*] 'if this funeral pile is sadder in thy eyes than tossing in the sea, than having no funeral rites at all'.

763. *officiis*] 'withdraw...from this service of mine'.

iniuria] 'injustice'.

765. *Caesaris ira*] bene post omnes feras ultimus Caesar secutus est. Schol.

770. *nostra manu*] 'by the help of my hand', equivalent to *nostra ope*.

772. *nota*] as above 711, 'a distinguishing mark'.

773. *mortis honores*] cf. Verg. Aen. vi 383 *cernit ibi maestas et mortis honore carentis Leucaspim, &c.*

ad quas, Magne, tuom referat caput. haec ubi fatus,
 excitat inualidas admoto fomite flammās. 776
 carpitur et lentum destillat Magnus in ignem,
 tabe fouens bustum. sed iam percusserat astra
 Aurorae praemissa dies: ille ordine rupto
 funeris adtonitus latebras in litore quaerit. 780
 quam metuis, demens, isto pro crimine poenam,
 quo te fama loquax omnes accepit in annos?
 condita laudabit Magni socer impius ossa:
 i modo securus ueniae fassusque sepulcrum
 posce caput. cogit pietas imponere finem 785
 officio. semiusta rapit resolutaque nondum
 ossa satis, neruis et inustis plena medullis
 aequoreā restinguit aquā, congestaque in unum
 parua clausit humo. tum ne leuis aura resectos
 auferret cineres saxo compressit harenam: 790
 nautaque ne bustum religato fune moueret,
 inscripsit sacrum semiusto stipite nomen:
 HIC SITVS EST MAGNVS. placet hoc, Fortuna, sepulcrum
 dicere Pompeii, quo condi maluit illum,
 quam terra caruisse socer? temeraria dextra, 795
 cur obicis Magno tumulum manesque uagantis
 includis? situs est, qua terra extrema refuso

777. *carpitur*] 'Magnus consumes away and melts into the slowly burning flame feeding the fire with his moisture'.

779. *praemissa*] So Weise with many MSS. for the vulg. *promissa*; it is best taken with *dies*, i.e. 'the daylight, the harbinger of dawn'; it may however be taken with *astra* referring to the morning star.
ordine] 'ceremony'.

780. *adtonitus*] 'in dismay', cf. II 22.

782. *fama loquax*] 'loud-mouthed fame', so also in Ov. ex Pont. II ix 3.
quo...accepit] 'for which...has adopted thee'.

785. *imponere finem*] 'to put the finishing stroke to'.

787. *neruis*] 'full of ligaments and unburnt marrow'. This seems to be the only passage where *inustus* is thus used, elsewhere it is always the participle of *inuro*.

789. *resectos auferret*] 'should lay bare and sweep away'.

791. *religato fune*] 'by tying a rope to it', cf. Hor. Sat. I v 18, 19 *retinacula mulae nauta piger saxo religat*.

793. *hic situs est*] as ἐνθάδε κεῖται in Greek: the regular inscription on a tombstone, cf. Plin. Epist. VI x § 4 *hic situs est Rufus pulso qui Vindice quondam imperium asseruit non sibi sed patriae*. These words are commonly represented by the letters H. S. E.

placet] 'is it thy pleasure to call this the tomb of Magnus in which his father-in-law would rather he were interred, than that he should have been left unburied?'

796. *cur obicis*] *cur tumulum tanquam obicem Magno imponis?* 'why fix on Magnus the barrier of a tomb?' For the sentiment cf. Lucret. III 906 *urgeriue superne obtritum pondere terrae*. For the quantity of *obicis* cf. IX 188.

797. *qua terra*] 'where the farthest part of earth hangs in suspension in the baffled ocean', i.e. on the muddy shore

pendet in oceano. Romanum nomen et omne
 imperium Magno est tumuli modus. obrue saxa
 crimine plena deum. si tota est Herculis Oete, 800
 et iuga tota uacant Bromio Nyscia; quare
 unus in Aegypto Magno lapis? omnia Lagi
 arua tenere potest. si nullo caespite nomen
 haeserit, erremus populi, cinerumque tuorum,
 Magne, metu nullas Nili calcemus harenas. 805
 quod si tam sacro dignaris nomine saxum,
 adde actus tantos monumentaque maxima rerum,
 adde truces Lepidi motus, Alpinaque bella,
 armaque Sertori reuocato consule uicta,
 et currus quos egit eques: commercia tuta 810
 gentibus et pavidos Cilicas maris: adde subactam
 barbariem gentesque uagas, et quidquid in Euro
 regnorum Boreaue iacet. dic semper ab armis
 ciuilem repetisse togam: ter curribus actis
 contentum patriae multos donasse triumphos. 815
 quis capit haec tumulus? surgit miserabile bustum

which is neither sea nor dry land, cf. i 409—411, and so, being buried where earth and sea meet, he in a manner occupies both. The expression is suggested by Verg. Aen. vii 225 *auduit et si quem tellus extrema refuso submouet oceano*.

799. *modus*] 'is the measure of Magnus' sepulchre', cf. supr. 55.

800. *crimine plena deum*] 'full of disgrace to Heaven', cf. v 59, i.e. it is a disgrace to the gods that Pompeius should be so miserably buried, and this disgrace would be less conspicuous if there were no stone at all to mark his tomb.

801. *uacant Bromio*] 'find room for Bromius alone'; for Nysa cf. i 65. The comparison in this case seems somewhat out of place as Bacchus was not supposed to be buried on Nysa.

802. *omnia Lagi*] i.e. as Weise explains rightly 'if on no one mound Pompeius' name could have been read we might suppose him to be buried everywhere in Egypt'.

804. *erremus populi*] 'we the nations of the earth should be mistaken, and for fear of treading on thy ashes, Magnus, should not tread the sands of Nile at all'.

805. *nullas*] cf. vii 25 supr. 599.

807. *monumenta*] 'the glorious records of his exploits'.

808. *truces Lepidi motus*] B.C. 77, cf. Mommsen Book v cap. I. *Alpina bella* refers to Pompeius' wars with the Alpine tribes when marching against Sertorius, at which time he made a new road over the Cottian Alps.

809. *consule*] i.e. Metellus, who was not however consul, nor yet recalled, but reinforced by Pompeius.

810. *eques*] cf. vii 17.

811. *pavidos maris*] 'Pompeius effecit ut piratae timerent maria quibus ipsi ante grassabantur' Schol. For the construction Oud. cf. Sen. Herc. Fur. 297 *lucisque pavidos ante te populos age*.

813. *dic semper ab armis*] 'tell how he ever laid his arms aside and donned again the garb of peace', cf. ix 200 *inuit sumpta uirum inuit dimissa potestas*. For *ab armis* cf. i 451.

814. *ter curribus actis*] 'tell how content with thrice driving the car he made a present to his fatherland of many triumphs', i.e. did not claim them when he might have done so; for *donare* cf. vii 30, 850.

non ullis plenum titulis non ordine tanto
 fastorum: solitumque legi super alta deorum
 culmina et exstructos spoliis hostilibus arcus
 haud procul est ima Pompeii nomen harena, 820
 depressum tumulo quod non legat aduena rectus,
 quod nisi monstratum Romanus transeat hospes.

noxia ciuili tellus Aegyptia fato,
 haud equidem immerito Cumanae carmine uatis
 cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora 825
 Hesperius miles ripasque aestate tumentis.
 quid tibi sacua precer pro tanto crimine tellus?
 uertat aquas Nilus, quo nascitur orbe retentus,
 et steriles egeant hibernis imbribus agri,
 totaque in Aethiopum putres soluaris harenas. 830
 nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
 semicanesque deos, et sistra iubentia luctus,
 et quem tu plangens hominem testaris Osirin:
 tu nostros, Aegypte, tenes in puluere manes. .

817. *ordine*] 'the mighty tale of the records of his fame', cf. Hor. *carm.* iv xiv 1—5 *quae cura patrum quaque Quiritium plenis honorum muneribus tuas, Auguste, nirtutes in acuum per titulos memoresque fastos aeternet?*

819. *arcus*] cf. Iuv. x 133—137 *bellorum exuiiae, truncis affixa tropaeis lorica et fracta de casside bucula pendens, et curtum temone iugum uictaeque triremis aplustre et summo tristis captiuus in arcu, humanis maiora bonis creduntur.*

821. *depressum tumulo*] 'sunk low upon a tomb, which the stranger cannot read without stooping'.

823. *noxia*] 'stained with the guilt of destined civil strife', cf. Propert. iv xi 33 *noxia Alexandria dolis aptissima tellus.*

825. *cautum*] For this prohibition cf. Cic. *ad fam.* i vii § 4 where writing to P. Lentulus proconsul of Cilicia he says *esse et tuae et nostri imperii dignitatis, Ptolemaide aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum classe atque exercitu proficisci Alexandriam: ut cum eam pace praecidisque firmaris Ptolemacus redeat in regnum: ita fore ut per te restituitur, quemadmodum senatus initio censuit, et sine multitudine reducatur, quemadmodum homines religiosi sibyllae placere dixerunt.*

826. *aestate*] cf. vi 474, x 223 foll.

828. *uertat*] This word is not to be pressed, the river might be said to turn its course if it ceased to flow as it did before. cf. Verg. *Aen.* viii 86—87 *Tybris ea fluiuium quam longa est nocte tumentem leniit et tacita refluens ita substitit unda.*

829. *hibernis imbribus*] i.e. not that rain did usually fall in Egypt in winter, but the poet prays that there may not be that either to make up for the loss of the overflow of the Nile.

830. *soluaris*] 'be dissolved into the crumbling sands of the Aethiopians' i.e. the dry sands of the desert.

832. *semicanesque deos*] For this contempt of the Egyptian gods, cf. Verg. *Aen.* viii 698 *omnigenumque deum monstra et latrator Anubis*, Propert. iv xi 41 *ausa Ioui nostro latrantem oppouere Anubim*, Iuv. xv 8 *oppida tota canem uenerantur, nemo Dianam.*

sistra] cf. Iuv. xiii 92, 93 *decernat quodcumque uolet de corpore nostro Isis et irato feriat mea lumina sistro.*

833. *hominem*] Grotius quotes the saying of Xenocrates to the Egyptians. οὐτοι εἰ μὲν θεοὶ εἰσι μὴ θρησκεῖτε αὐτοὺς· εἰ δὲ ἄνθρωποι μὴ θύετε αὐτοῖς. For Osiris cf. Iuv. viii 29 and Prof. Mayor's note.

834. *nostros*] i.e. and so Egypt has the advantage in the exchange.

tu quoque, cum sacuo dederis iam templa tyranno,
 nondum Pompeii cineres, o Roma, petisti: 836
 exsul adhuc iacet umbra ducis. si saccula prima
 uictoris timuere minas; nunc excipe saltem
 ossa tui Magni, si nondum subruta fluctu
 inuisa tellure sedent. quis busta timebit? 840
 quis sacris dignam mouisse uerebitur umbram?
 imperet hoc nobis utinam scelus et uelit uti
 nostro Roma sinu: satis o nimiumque beatus,
 si mihi contingat manes transferre reuolsos
 Ausoniam, si tale ducis uiolare sepulcrum. 845
 forsitan aut sulco sterili cum poscere finem
 a superis aut Roma uolet feralibus Austris,
 ignibus aut nimiis, aut terrae tecta mouenti,
 consilio iussuque deum transibis in urbem,
 Magne, tuam, summusque feret tua busta sacerdos.
 nunc quis ad exustam Cancro torrente Syënen 851
 ibit et imbrifera siccas sub Pleiade Thebas
 spectator Nili: quis rubri stagna profundi,
 aut Arabum portus mercis mutator Eoae,
 Magne, petet, quem non tumuli uenerabile saxum 855
 et cinis in summis forsant turbatus harenis

835. *tyranno*] sc. Caesari.

837. *saccula prima*] i.e. cum recens uicerat Caesar. Schol.

839. *si nondum*] 'if they are not yet uprooted by the waves, but still repose in that hateful soil'.

840. *sedent*] So *sedes* is used of the place of a person's burial, Verg. Aen. VII 3, 4 *et nunc seruat honos sedem tuis ossaque nomen Hesperia in magna si qua est ea gloria signal*.

842. *scelus*] i.e. of disturbing their sepulchre.

844. *transferre reuolsos*] 'to tear up and transport'.

845. *tale*] emphatic: 'when it is such as this'.

847. *Austris*] Oud. cf. Ov. Met. VII 352 *letiferis calidis spirarunt flatibus Austri*, Hor. Sat. II vi 18, 19 *plumbeus Auster auctumnusque grauis Libitinae quaestus acerbae*.

850. *summus sacerdos*] sc. the Pontifex Maximus. cf. the transference of the bones

of Orestes to Sparta in Herod. I 67 foll. and that of the bones of Theseus to Athens in Plutarch Thes. 36.

busta] here is equivalent to *cineres*, cf. Stat. Theb. XII 245—247 *haud procul—Ogygias, Argia, domos, et egena sepulcri busta iacere reor*.

852. *siccas*] ' parched even beneath the rainy Pleiad', cf. Val. Flacc. II 357, 358 *Pleiada lege poli nimbo mouerat astro Iuppiter*.

853. *spectator*] cf. Tac. Ann. II 59 *Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis*. See also the remarks of Merivale History of the Romans under the Empire cap. xliii pp. 186—7 on the antiquarian curiosity of the Romans.

854. *mutator*] cf. Verg. Ecl. IV 38, 39 *nec nautica pinus mutabit merces*.

855. *quem non...aduertet*] 'who will not be attracted by—and who will not rejoice to appease &c.?' with *inuabit* supply *quemque non?*

aduertet, manesque tuos placare iuuabit,
et Casio praeferre Ioui? nil ista noccebunt
famae busta tuac. templis auroque sepultus
uillior umbra fores: nunc est pro numine summo 860
hoc tumulo Fortuna iacens. augustius aris
uictoris Libyco pulsatur in aequore saxum.
